*viſitas de carcel que hizieren, ni por otros algunos juezes en ninguno manera.*

56 Quæ † verba videntur prima facie intelligenda de moderatione & remiſſione voluntaria, & quę ſine cauſſa iuridica ſolet fieri a iudicibus, ratione cupiditatis, & ne ab eis appelletur, non vero videtur corrigere ius commune in hoc (hoc eſt) quando moderatio fit, ex cauſſa a iure approbata, & permiſſa, quomodo ſupra intelleximus noſtra *l. 14. tit. 16. libr. 28. nou. collect. Reg.*

Sed nihilominus in contrariam partem procliuior ſum, nempe vt in ſpeciebus dictarum pragmaticarum nullomodo fieri poſſit aliqua moderatio pœnarum, etiam ex cauſſa alias a iure permiſſa, tum ex generali prohibitione dict. pragmaticæ ibi: *Sin diſpenſacion, ni moderacion alguna*: & in fin. ibi: *En ninguna manera*: Ergo ſiue ſine cauſſa, ſiue cum ea: tum etiam ex traditis per Farinac. *vbi ſupra dict. quaſt. 17. de delict. & pœnis. num. 68.* vbi quod quando ſtatutum expreſſe prohiberet iudici, ne pœnam alteraret, vel minueret, prout fecit Imperator *in l. fin. C. ne ſacrum Baptiſm.* non poteſt iudex etiam ex cauſſa pœnam ſtatuti moderari: Ergo a fortiori idem eſt dicendum, quando lex noua id prohibet ſpecialiter, vt facit dict. pragm. noua *de Madrid*. Denique, quia idem eſt, quando verba ſtatuti pœnalis diriguntur, imperatiue ad iudicem, *vt per Afflict. in conſtit. Rapinas in primo notab.* & ſequitur Carrerius *in practica crimin. in tractatu de homicid. §. fin. numer 31.* quos ad hoc refert, & ſequitur Farinac. *dict. quaſt. 17. num. 69.* Sed hoc contingit ad literam in dict. noua pragmatica. Ergo moderatio locum non habet etiam ex cauſſa in caſibus, de quibus in ea.

## SVMMARIA.

1 *Paſtor, vel caprarius an credatur ſub iuramento ſuper morte, vel amiſſione boum, ouium, caprarum, vel animalium maxime ſi adducat pelles? & numeris ſequent. numer. 8. quæ opinio ſit tenenda limitatur pluribus modis num. 11. cum ſequentibus.*

2 *Collectores, vulgo,* dichos los tercetos de los diezinos, *dando pelles animalium, & iuramento ſuo ſuper morte eorum creduntur: rationem vide nu. 13.*

3 *Creditores ſuper cuſtodia rei pignoratæ magnam curam adhibere debent, & quando teneantur, vel non, de ipſius amiſſione, vel deterioratione?*

4. *Commodatarius, vel depoſitarius quam curam adhibere debeat in cuſtodiendo rem commodatam, vel depoſitam, & quando teneantur, vel non de eius amiſſione, vel deterioratione?*

5 *Paſtor, caprarius, cuſtos, tabellio, & ſimiles, qui tenentur ad cuſtodiam ratione officij, pro quo mercedem recipiunt, non liberantur probando interitum, amiſſionem, vel damnum, niſi quoque probent, non dolo, nec culpa ſua, ſed caſu fortuito id accidiſſ. & num. 6. & an teneantur de leuiſſima culpa, vel tantum de leui, n. 7.*

8 *L. 15. tit. 8. par. 5. litera refertur, & per eam quotidie iudicatur, a qua deuiauit Palat. Rub. vt in nu. 9. & Didac. Perez, vt in num. 10. limitatur tamen pluribus modis, n. 11. cum ſeqq.*

14 *Paſtor partiarius probando caſum fortuitum, id eſt, interitum pecorum, vel pecudum liberatur.*

15 *Paſtores ſtare tenentur conuentioni factæ ſuper cuſtodia animalium, vel conſuetudini vt in n. 16.*

16 *Conſuetudo an valeat requirens minorem probationem ad hoc, vt paſtores liberentur ab interitu pecudum?*

17 *Conductor equi, rocinij, muli, vel mulæ an teneatur de interitu, vel deterioratione ipſius?*

18 *Commodatarius, & conductor an teneantur de deterioratione in re commodata, vel conducta contingente? quod non, ſi abſque eius culpa contingat, niſi in caſibus hic enumeratis: de quibus etiam agitur, num. 19.*

19 *Conductor vtendo re conducta pro ampliori tempore committit furtum, niſi credat domino permiſſurum, vel niſi res illa locata ſolita eſſet conduci.*

20 *Commodatarius non tenetur de amiſſione rei commodatæ ſine eius culpa contingente: ſecus alias etiam ſi culpa ſit leuiſſima, vt in exemplo poſito in n. 21. fallit etiam alijs caſibus, vt in n. 22. 23. & 24.*

25 *Commodatarius, creditor, & depoſitarius vtentes re commodata, pignorata, vel depoſita eo vſu, cui proprie res ipſa deſtinatur, non committit furtum: & quomodo hoc intelligendum ſit, num. 26.*

27 *Mors animalis conducti probari poteſt, abſque citatione partis apud iudicem proximiorem loci vbi caſus contigit, & facit fidem præd. probatio.*

28 *Dominus equi, rocinii, muli, vel mulæ conducta recipiendo eum, vel eam cum rupturis, hoc eſt deterioratum, an ſibi præiudicet, quo minus damnum aliàs ſibi debitum petere poſſit.*

In l. 21. titul. 18. lib. 6. nou. collect. Reg.

### QVÆSTIO XLVII.

QVÆRO † circa l. 21. tit. 18. lib. 6. nou. collect. Reg. ibi: *Pero que ſi dixere que ſe le perdio, o murio, ſin auer en ello encubierta alguna, ſea creydo por ſu juramento.* † An 1
ita etiam paſtoris, vel caprarij ſuper morte, vel amiſſione boum, ouium, caprarum, vel animalium, maxime ſi adducat pelles, iuramento credatur? Et videtur hic probari pars affirmatiua, argumento huius legis: eadem enim ratio videtur militare in vtroque caſu, ergo idem ius ſtatuendum eſt, *l. illud cum ſimil. ff. ad l. Aquil.*

2 Secundo pro hac eadem parte allego *l. 2. titulo 21. lib. 9. huius nou. collect. Regiæ,* vbi loquens, l. illa: *En los terceros, concejos, y guardas de los diezmos, y ſennalando el tiempo que ſon obligados a guardar los bezerros, corderos, y cabritos, que es haſta Santiago, que cae en el mes de Iulio, dize: Y ſi en medio de eſte tiempo algunos cabritos, o corderos, o bezerros murieren de los que recibieron de diezmo, que dando las pellejas, y con juramento que ſon aquellas pellejas de los que recibieron de diezmo, que ſean creydos los terceros por ſu juramento.* Et nihilominus: *eſtos terceros de diezmos,* tenentur ad cuſtodiam, quia datur eis communiter pro officio, ſalarium, vel merces, vt paſtoribus, ſicut videmus quotidie, ergo idem dicendum eſt in paſtore, vel caprario.

Rurſus videtur, quod paſtor probare ſaltem teneatur, mortem, damnum, vel amiſſionem, deteriorationemve animalium, quæ ad cuſtodiam, pacta certa mercede, recepit, occaſione contigiſſe, licet non probat abeſſe ſuam culpam ex *l. 20. titulo 13. partit. 5. in principio,* ibi: 3
*Gran ſemencia deue poner en guardar la coſa todo home, que la recibe en pennos, de guiſa, que por ſu culpa, ni por ſu negligencia no ſe pierda, ni ſe empeore.* Iuncto verſiculo, *Mas ſi acaecieſſe la perdida, o el empeoramiento por ocaſion, e non por culpa, nin por enganno que fizieſſe aquel que la tenia a pennos, no ſeria tenudo de la pechar, ante dezimos, que aquel cuya era es tenudo de dar al otro la deuda que ouiere ſobre ella.*

*Pero eſte que toma la coſa* (& nunc ad rem) *a pennos, deue prouar la ocaſion, porque dize que ſe perdio la coſa, e prouandola es quito de la demanda, e deue cobrar lo que dio aſsi como de ſuſo es dicho: fueras ende ſi el otro cuya era la coſa, prouaſſe, que la ocaſion auiniera por culpa del que tenia la coſa a pennos, &c.*

4 Idem in eadem ſpecie, & in eo qui commodatam, vel ad cuſtodiam ab alio recepit aliquam rem, probat expreſſa *l. 10. titulo. 14. partita. 3. in verſiculo, Otroſi dezimos,* quæ leges Regiæ approbant in hoc opinionem gloſſæ *in l. ſi creditor, verbo, ſe perdidiſſe, C. de pignor. act. & in §. final. verbo. fortuito, inſtit. quib. mod. re cont. oblig.* vbi Faber eam ſequitur & eſt magis communis opinio ſecundum Ioan. Oroſc. *in l. ſi quis, ex argentarijs, in verſicul. an nec heredis, numero 3. ff. de edendo,* tametſi Bartol. ibidem diſtinguũt in hac ſpecie inter caſus ſolitos euenire cum culpa, & ſine ea: cuius diſtinctionem ſequitur, & profitetur communem Iaſ. *in dict. ſi quis ex argentarijs, §. Prætor ait, numero 200.* & Oroſc. *vbi ſupra,* exiſtimans iuxta eam intelligendam eſſe magis communem opinionem præcedentem, & *dict. l. 10.* quod & voluit Gregorius Lopez *in dicta l. 10. gloſſ. penultim.* necnon & Anton. Gomez *2. tomo, variarum reſolut. cap. 3. de locat. numero 22. column. final.* Sed nihilominus cum dictæ leges Regiæ approbent indiſtincte opinionem gloſſarum, & Ioan. Fabri, quæ eſt magis communis, vt vidimus, cenſeo hodie eam eſſe tenendam reiecta diſtinctione prædicta Bart. & communis, & ita aduertit Gregor. Lopez *in dict. l. 20. gloſſ. penult. ibi, ſcilicet approbans hanc opinionem gloſſarum,* & contradictam diſtinctionem Bart. dicit eſſe tenendam iure Regio Azeued. *in præſenti, n. 1.*

Ergo ita etiam paſtor, & cuſtos animalium probando mortem, amiſſionem, vel deteriorationem eorundem, liberabitur, licet non probet, id abſque culpa ſua contigiſſe, niſi dominus probet contrarium.

6 Denique † in ſpecie noſtræ principalis quæſtionis adeſt alia, & tertia opinio, quæ habet, quod quando quis tenetur ad cuſtodiam ratione officij, pro quo mercedem recepit, vt puta, paſtor, caprarius, cuſtos, & ſimilis, vt tabellio; tunc non liberatur probando interitum, vel amiſſionem, aliudve damnum, niſi quoque probet, non dolo, nec culpa ſua, ſed caſu fortuito periiſſe animalia. Ita Iaſ. *in l. quod te mihi, num. 13. ff. ſi cert. petat.* ex text. *in l. ſi quis fundum. §. Imperator. ff. locati* (cui conſonat. *l. 3. titul. 2. part. 5.*) ibi, *ſi capras latrones citra ſuam fraudem abegiſſe probari poteſt,* iuncto vno intellectu gloſſ. ibidem, *verb. probari poteſt,* ibi, *vel dic. quod loquitur in locatore, qui certam mercedem præſtitit caprario, ſi vſque ad annum gregem ſeruaret;* Et quamuis hic intellectus, non videatur multum conuenire literæ illius text. vtpote loquentis in conductore gregis abacti, vt patet, ex litera text. Vnde melius cũ gloſſ. eadẽ dic eum intelligi in ſecundo intellectu, ſcilicet, quod ponatur ibi caſus, quod loquatur de caprario, qui certam mercedem præſtabat, ſi ei permitteretur fructus gregis percipere vſque ad annum; attamen verius eſt in ſe intellectus præcedens, quem adduximus in terminis noſtræ quæſtionis pro eius deciſione, & quidem communiter approbatus per Bart. & ceteros communiter Doctores ibidem, eſtque communis ſententia hæc ſecund. Anto. Gom. *vbi ſupra,* & eundem *in 3. tom. cap. 10. num. 11. ad fi.* & tenent Bart. & Doctores communiter *in l. cum ita legatur §. ſpecies ff. de leg. 2.* vbi Petrus Peralta, *num. 5.* teſtatur hanc opinionem gloſſæ eſſe communem, & *num. 6.* nuncupatim, cum Bald. *ibi ad fin.* infert † ad paſtores ouium, vel caprarum, portantes illarum demortuarum pelles dominis, qui earum viuarum cuſtodiam ſibi conceſſerant, vt non eo prætextu excuſentur, niſi etiam probent eas demortuas, abſque eorum culpa, vel negligentia: quod verbum pro notabili ſequuntur Paul. de Caſtro, & Doctores ibi, eſt etiam communis ſecund. Azeued. *vbi ſupra,* & non latuit Syluest. *in ſum. verb. locat. nu. 19.* & approbatur hodie ad literam *in l. 15. titul 8. part. 5.* quæ ita ſe habet.

*Paſtores, o otros homes que guardan los ganados, ſi reciben ſoldada de los ſennores dellos por guardarlos, dezimos, que deuen ſer acucioſos, e ſe deuen trabajar quanto pudieren en guardarlos, bien, le almente, de guiſſa, que no ſe pierdan, nin reciban danno de ninguna coſa, por mengua de lo que deuen ellos facer, e deuenles catar logares conuenientes, e buenos, do ſupieren que ſon las mas buenas paſturas, e buenas aguas por do los trayan, ſegun conuiene a las ſazones del anno, tales en que puedan eſtorcer ſin peligro del frio, e de las nieues del inuierno, e de las calenturas del Verano, e los que contra eſto fizieren, non poniendo hi tal guarda como ſobredicho es, en quanto pudieron, tenudos ſon de pechar cada vno dellos al duenno del ganado todo el danno, e el menoſcabo que viniere por ſu culpa; e ſi por auentura alguno dellos dixere, que quando el danno auino en los ganados, que no fue por ſu culpa, mas que poniendo hi toda ſu guarda que podia, acaecio el danno, e que no le pudo eſcuſar, deue ſer oydo: e ſi probare por algunos ſennales ciertas, o en otra manera, e jurare que aſsi acaecio, deuele valer, e por lo que prouare, e jurare, non le deue pechar; fueras ende, ſi el ſennor del ganado pudiere prouar, que le auino por culpa del paſtor; ca eſtonce, non le deue dar la jura,* & ibi notat Gregor. Lopez *in gloſſ. e ſi prouare,* late idem probans iure communi, apud quos videndi ſunt modi id probandi.

Imo † fortius diſpoſuit, *l. 3. tit. 15. lib. 3. for. leg.* nempe, 7
vt teneatur paſtor, etiam de leuiſſima culpa, *ſecund. Montal.* ibi, *col. 1. & 2.* Sed contrarium probat in depoſitario recipiente mercedem pro cuſtodia *l. 3. verſ. el tercero, tit. 3. part. 5.* nempe, vt non teneatur de leuiſſima culpa, ſed tantum de leui, hoc eſt, *Quando aquel que la tiene, no pone toda aquella acucia, e ſemencia que otro home acucioſo, e ſabidor deuia poner,* & ibi Gregor. Lopez *in gloſſ. Precio,* expreſſe notat, dicens, quod eo caſu communiter tenetur, quod veniat leuis culpa, non leuiſſima, ſecund. Abb. quem refert, & quod dict. l. fori contrarium probans, non eſt recipienda, cum non ſit in vſu, ſed quod prædixit, quod & tenuit Montal *in dict. l. fori, gloſſ. 1.* dicens, quod illa l. practicatur, vt ſæpe vidit ſecundum hanc l. partitæ.

Quid † tenendum in noſtra quæſtione? Profecto 8
prædicta tertia ſententia communis, quæ eſt in terminis, & probata dict. *l. 15. tit. 8. part.* 5. eſt tenenda in iudicando, & conſulendo, ſcilicet, vt paſtor huiuſmodi, atque cuſtos mercedem recipiens pro cuſtodia *de los ganados, ſi dixere, que quando acaecio el danno en ellos, no fue por ſu culpa, ſi no que antes poniendo en ellos toda ſu guarda, y diligencia que podian, acaecio el danno, e que no lo pudo excuſar, deue ſer oydo, ſi prouare por algunas ſennales ciertas, o en otra manera, e jurare que aſsi acaecio, eſto le deue valer, y por lo que prouare, y jurare, no lo deue pechar, ni pagar, excepto ſi el ſennor del ganado pudiere prouar, y prouare que vino el danno por culpa del paſtor, porque entonces no le deue dar la jura, como lo decide la dicha ley de partida:* per quam quotidie iudicari, inquit Palat. Rub. *in rep. cap. per veſtras. §. fin. num. 12. de donat. inter vir. & vxor.* Itaque, vt vides, ex parte paſtoris, vel cuſtodis copulatiue vtrumque requiritur, nempe probare prædicta, & iurare, ita contigiſſe, vt probat dict. *l. partitæ in verbis prænarratis.*

9 Vnde † fallitur euidenter idem auctor ibidem, dum cenſet, attenta dict. l. partitæ, ſatis eſſe probare caſum per aliquas coniecturas, vel indicia, ſeu per proprium iuramentum, & ſic alternatiue, nam vt patet copulatiue vtrumque requiritur.

10 Cauendum † eſt etiam a Didac. Perez *in l. 12. tit. 14. lib. 2. ordin. colum. 555. in princip.* tenente per *l. 1. titul. 5. lib. 6. ordin. veteris,* quæ hodie eſt, *l. 2. tit. 21 infra lib. 9. noua collect. Regia,* in noſtra ſpecie cuſtodes armentorum, ſeu pecudum teneri pellem ouis oſtendere, & abſq; eorum culpa periiſſe iurare, & quod hæc probatio de iure Regni recipitur, ſecund. Palat. Rub. *vbi ſupra.* Nam vt videmus contrarium probat dict. *l. 15.* ad quam quoque non aduertit Didac. Perez, *vbi ſupr.* nec in addit. ad Seguram *in l. coheredi. §. cum filia, num. 277. ff. de vulg. & pupil.* vbi idem probat, quos merito improbat Azeued. *hic nu. 3.* Nec obſtat dict. *l. 2. titul. 21. infra lib. 9.* quia loquitur in alio caſu diuerſo, vt ex eius litera patet, & infra dicemus.

Supereſt igitur ex ſupra dictis, vt noſtra præfata communis, & tenenda ſententia procedat, quoties paſtor, vel cuſtos ex officio publico, vel priuato ad cuſtodiam

tenetur pro mercede recepta, vel recipienda pro cuſtodia, vt patet ex iuribus, & auctoribus præcitatis, eam probantibus, & tenentibus in eadem met ſpecie nuncupatim loquentibus, & præcipue *dict. l. 15. titul. 8. part. 5.* ibi: *Si reciben ſoldada de los ſennores dellos, para guardarlos. &c.*

11 Limitatur † hæc concluſio vt non procedat in illo, qui licet teneatur ad cuſtodiam ratione officij publici, vel priuati, non tamen recepit pro illa cuſtodia ſalarium, vel mercedem: tunc enim ſufficeret probare occaſionem amiſſionis, vel caſum fortuitum, niſi dominus probet, id culpa creditoris, vel cuſtodis contigiſſe, vt ex ſupra dictis probatur, & conſtat, & in hac ſpecie loquuntur, *l. 20. tit. 13. p. 5. & l. 10. tit. 14. p. 3.* quæ eſt diuerſa multum a noſtra principali quæſtione, de qua in præcedente concluſione, & reſolutione, & in terminis ita in ſpecie perpendit Azeued. *hic num. 3. verſ. ſecus vero.*

12 Limitatur ſecundo eadem noſtra communis ſententia in caſu noſtræ l. 21. huius titul. 18. lib. 6. *Que habla en diuerſo caſo*, nempe, *en los que tienen ganado dentro de las doze leguas, desde el moion de Aragon, y Nauarra, haſta eſtos nueſtros Reynos, que los han de tener regiſtrados, y ſer obligados a dar cuenta en cada vn anno, y ſi algun ganado faltare del regiſtro, el duenno ſea obligado a pena de ſecador: pero ſi dixere que ſe le perdio, o murio ſin auer en ello en cubierta alguna, ſea creydo por ſu juramento: porque aqui, lo primero el duenno no era paſtor, ni recebia dinero por ello.* nec tenebatur ad cuſtodiam ratione alicuius officij; *ſino eſt aua obligado a dar cuenta del ganado regiſtrado cada anno, quando para ello fueſſe requerido, ha efecto de ſaber ſi ſe defraudan las leyes deſtos Reynos, que prohiben con pena la ſaca de ganados dellos, y para eſcuſarſe con razon, que ſea creydo en ſu propia hazienda con ſu juramento: pero en nueſtra queſtion, los ganados ſon del que pide la cuenta, y paga al paſtor la guarda dellos.* Et ita merito, quod paſtor hic, & cuſtos exhibendo pelles, & iurando occaſionem non liberetur, niſi quoque probet, quod habet noſtra communis, & tenenda ſententia, & ſic ex ſeparatis non fit illatio.

13 Limitatur † & tertio eadem communis concluſio in caſu *l. 2. titul. 21. lib. 9. nou. collect. Reg.* qui ſolus videtur contrarius, nempe, *En los terceros, Conſejos, y guardas de los diezmos, que dize aquella ley, que ſean obligados a guardar los corderos, y bezerros, y cabritos, haſta el dia de Santiago, y que ſi en medio deſte tiempo algunos cabritos, o corderos, o bezerros murieron de los que recibieren, quedando las pellejas, y con juramento, que ſon aquellas pellejas de los que recibieron de diezmo, que ſean creydos los terceros por ſu jura*; ſed cum ille caſus non ſit generalis, ſed ſpecialis tantum, nempe, *En los terceros y guardas de los ganados de diezmos*, minime eſt dicendum corrigere caſum noſtræ concluſionis, & dict. *l. 15. titul. 8. part. 5.* quæ generaliter loquitur, *En los paſtores, y otros homes que guardan ganados por ſoldada, que reciben de los ſennores dellos por guardarlos*, ſed tantum generalitati huic derogari in ſpecie, *dict. l. 2.* ſcilicet, *En los terceros, y guardas de los ganados de los diezmos*, non vero in aliis: limitata enim cauſſa, limitatum parit effectum: & quod non mutatur quare ſtare prohibetur? & caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis ex regulis iuris vulgaribus. Itaque concludo, caſum *dict. l. 2.* eſſe ſpecialem, minimeque comprehendere alios ſub generalitate, *dict. l. 15.* comprehenſos aduerſus Palat. Rub. & Didac. Perez vbi ſupra, quod expreſſe probauit etiam conciuis noſter Azeu. *in hac l. 21. n. 3.*

14 Quarto † fallit noſtra communis concluſio in paſtore partiario, cui ſatis erit probare ſimplicem caſum fortuitum, id eſt, interitum pecorum, vel pecudum, *ſecund. Ioan. de Imola, & Angel. de Periglis in dict. § ſpecies*, quos refert, & ſequitur Peralta *ibidem, num. 6. verſ. limitari*, quorum ſententia mihi placet, quia paſtor partiarius habet partem in grege.

15 Quinto † limitatur præfata concluſio, quando aliud ex conuentione partium ſuper cuſtodia caueretur, tunc enim eidem ſtabitur, & ita in hoc quotidie recurritur ad contractus, & obligationes a paſtoribus factos cum populis, & vicinis eorum, vt ſæpiſſime vidi, & conteſtatur conciuis noſter hic in fine.

16 Sexto † dubitari poteſt, *an limitetur noſtra communis concluſio, ſtante conſuetudine antiqua in contrariū in illa regione, ciuitate, vel oppido, nempe, vt paſtores pecudum minutarum liberentur ab interitu earum minore probatione?* Videtur namque prædictam conſuetudinem non valere, cum ſit contra legem partitæ, vt tradunt DD. *in l. 1. Tau. & nuncupatim, Orozco in l. de quibus ff. de legibus.* Daretur namq; ex ea anſa paſtoribus delinquendi, facilique negotio cum iactura aliena locupletarentur; Sed nihilominus cum ſit ſuper rebus contingentibus in eremo & campo, vbi difficiliter probationes concludentes haberi poſſunt. Qua ratione *d. l. 15.* conſuetudine contraria non exſtante, contenta eſt probatione aliquorum certorum ſignorum: Vel alias videtur, quod probato alio modo, vel forma per conſuetudinem introducta probandi mortem animalium, videlicet per exhibitionem pellium mortuorum, & iurando eorum mortem contingentem, abſque eorum culpa, & his ſimilibus, liberentur paſtores, & ſit obſeruanda huiuſcemodi conſuetudo & iuxta eam iudicandum, certam formam, & modū probandi mortem introducentem: ſicut enim, l. partitæ admiſit probationem priuilegiatam, de qua in ea, ita etiam, & conſuetudo aliam minorem introducere poteſt, quod & probauit gloſſator nouus hic in fine.

17 Vltimo † prætereundum non duxi in propoſito, quid dicendum ſit, *de conductore equi, rocinij, muli, vel mulæ, aut mulorum ad iter agendum, qui tamen mortui ſunt in itinere, vel deteriores effecti, & ſic rupturis affecti*, hoc eſt, *Que los bueluen a ſus duennos con mataduras, o con otros dannos, y malos tratamientos, quid debeat, & teneatur probare conductor ad hoc, vt ab his contingentijs liberetur in iudicio, & quid in dubio dicendum ſit?* Hæc enim quæſtio contingibilis eſt, & quotidiana in praxi.

In qua reſoluo, in dubio præſumendum eſſe mortem, aut deteriorationem ſequutam eſſe caſu, cui prouideri non potuit, non vero dolo, vel culpa conductoris, niſi ea probetur, puta, quia maius pondus ei impoſitum fuit, quam expediret, vel quod ad alium vſum rem applicauit, vel in itinere aliter fatigauerit, & labore coegit, vt probat text. *in l. qui inſulam §. qui mulas. ff. locati*, vbi Bart. & DD. expreſſe notant, loquentes indiſtincte in deterioratione, text. etiam *in l. fin. ff. commodat.* qui in fortioribus terminis loquitur, † nempe in contractu 18 commodati, qui fit gratis, gratia tantum recipientis, & nihilominus deterioratio in re commodata contingens pertinet ad commodantem, quia eſt in culpa (vt inquit ille text.) qui dedit equum in longum iter, qui talem laborem pati non poterat; denique quia qui dolum, vel culpam allegat, id debet probare, *in l. quoties. §. qui dolo, ff. de probatio. cum ſimil.* & ille, qui fundat intentionem ſuam in aliqua qualitate, tenetur eam probare. *l. hoc iure vtimur. ff. de verbor. obligatio. Bart. & Doctores in l. in illa ſtipulatione ſi Calendis. ff. eodem*: tandem, quia res perit, vel deterioratur in proprio vſu, ad quem pretio ſeu mercede conducta fuit. Ergo merito, quod damnum inde contingens ad locatorem pertineat, niſi ab eo probetur culpa, vel dolus conductoris.

Quare præter ordinarios in ſupra dictis locis, hanc reſolutionem deduxit ex text. ibi Bart. *in l. public. num. 1. C. de curſu publico, lib. 12.* dicens, nota ex hac l. optimum argumen. quod muli debent onerari ſecundum onus ad portandum ſufficientes: & facit, quod ſi oneraui mulum ſ[illegible] cum onere quinquaginta librarum, qui bonus & ſufficiens reputabatur ad tantum pondus, & cum fuerat ſic oneratus, deceſſit ex pondere, ego non teneor, quia permiſſum eſt mihi ipſum onerare ſecundum conſuetudinem, & ſufficientiam per hanc legem, & Anton. Gom. cum commun. *2. tom. var. reſol. cap. 2. de locat. nu. 22. in princip.* dicens, quod ita multoties conſuluit, & iudicauit, & nos iam idem fecimus; ſequitur Gregor. Lopez, alios allegans *in dict. l. 15. in gloſſ. E ſi prouare, verſic. ſi tamen non ſimpliciter tit. 8. part. 5.* & Salazar *de vſu, & conſuet. cap. 2. num. 4.* eſtque pro hac ſententia optima l. Regia 8 ſic intelligenda, *verſ. Otroſi dezimos, tit. 8. part. 5.* vbi inquit lex. *Otroſi dezimos, que ſi ſe perdieſſe, o ſi ſe menoſcabaſſe o ſe murieſſe la coſa que tuuieſſe alogada alguno por alguna ocaſion que acaecieſſe ſin culpa del, aſſi como ſi fueſſe ſieruo, o alguna beſtia, ſi ſe murieſſe ſu muerte natural, o ſi fueſſe naue peligroſa por tormenta que acaecieſſe, o ſi fueſſe caſa, ſe quemaſſe, o ſi fueſſe molino, e le leuaſſen auenidas de rios, o por otras coſas qualeſquier ſemejantes deſtas que ſe perdieſſe, o ſe murieſſe por tal ocaſion, como ſobredicho es, que no ſeria tenudo de la pechar el que la tuuieſſe logada fueras ende, por tres caſos ſennalados. El primero es, quando luego la coſa ſiz tal pleito con el ſennor della, que como quier que acaecieſſe de la coſa, que fueſſe tenudo de la pechar. El ſegundo es, ſi fizieſſe tardança de tornar la coſa al ſennor, mas que non deuia, e deſpues de aquel tiempo, que ge la deuiera auer tornado, ſe perdieſſe, o ſe empeoraſſe* (eo namque ipſo, quod mora commiſſa fuit, in culpa eſſe videtur commodatarius, vt vult lex illa.) *El tercero es, ſi por ſu culpa acaecieſſe aquella ocaſion, porque ſe pierde, o muere la coſa.* Habemus igitur hic mirabilem l. Regiam expreſſe approbantem prædictam communem ſententiam, eamque limitantem tribus modis præcipuis, qui ſummopere obſeruandi ſunt in praxi: Circa primum, quando aliud conuenerit in locationis contractu, planiſſimum eſt, & nihil ſe nobis offert dicendum.

19 Circa † ſecundum addo, quod conductor vtendo re conducta pro ampliori tempore committit furtum, niſi credat dominum permiſſurum, vel niſi alias res illa locata veluti equus ſolitus eſſet conduci ad vecturam, vt cum Bart. probat Gregor. Lopez *in l. 20. gloſſ. 1. in princip. titul. 8. part. 5.* addens, quod in dubio præſumitur conductor habere voluntatem domini propter pactum præcedens, *ſecundum Bald. & Iacob. Butrigar. quos refert.* Quo fit, vt conducens equos, mulos, vel mulas a ſolitis locari in illum vſum, & habentibus hoc pro officio in dubio (niſi aliud actum fuerit) licet dictum fuiſſet caſu a principio, quod eos conducebat ad eundum Salmanticam, aliamve partem, etiam ſi vltra proceſſerit plus vel minus, non committat furtum, nec videatur ad eum ſpectare caſus mortis, vel deteriorationis, niſi alia culpa interceſſerit: tum quia iuſte potuit credere dominum permiſſurum, tum etiam, quia ſolitus eſſet locator ea animalia locare in ſimiles vſus, & animal etiam illud ſolitum conduci ad vecturam. Circa tertiam limitationem, *d. l. Regia*, ſcilicet, quando culpa conductoris occaſio mortis ſuccedit, expendo eſſe conformem in hoc legem illam iuri communi, & reſolutioni communiter approbatæ, de qua ſupra, ſi quidem conſtat, quod dicenti, vel alleganti caſum culpa alicuius contigiſſe, incumbit onus probandi prædictam culpam, vel dolum, vt ſupra iure probauimus; eſtque apertiſſimum tactum, & vulgare.

20 Superiora † omnia tam circa communem præfatam reſolutionem, quam eius limitationes procedunt etiam in re commodata: *Aſſi como cauallo, armas, pannos, o otra coſa ſemejante, porque no eſta obligado de la pechar el que la recibe, ſi ſe quemaſſe de fuego con otras coſas, o ſi ſe cayeſſe la caſa de ſuſo, o la mataſſe, o ſi la lleuaſſen auenidas de aguas, o ſi la robaſſen enemigos, o ſe la hurtaſſen ladrones, o ſi la perdieſſe ſobre mar, por alguna tempeſtad, o quebrantamiento de algun nauio en que la lleuaſſe, o en otra manera ſemejante deſtas*, vt cauetur, *in l. 3. titul. 2. part. 5.* de qua ſupra, & tenet Emanuel Roder. *in ſua ſumma de caſos de conciencia 1. tom. cap. 110. concluſ. 4. numer. 5.* vbi limitat, *Saluo ſi de ſu parte ay culpa, aunque leuiſſima, ſegun Syluestro, que alli cita.* † *E infiere,* 21 *que de aqui ſe ſigue, que ſi alguno preſto ſu cauallo para yr de Salamanca a Valladolid, de baxo de condicion, que ande el camino en quatro dias, ſi fuere como acaece de ordinario en dos dias eſte camino, muriendo el cauallo en el, aunque ſuficientemente le aya proueydo de comida, y de lo demas, obligacion terna de pagarle, no ſolamente en el fuero exterior, mas aun en el interior de la conciencia, poniendo el que lo preſto la dicha condicion porque veya que eſtaua fatigado, o flaco, y no podia andar el camino en dos dias, ſino en quatro.*

Excipitur † ab illa, l. Regia, primo is caſus, *Si vno pidieſſe vaſos de plata preſtados, con que beuieſſe en ſu caſa, y los lleuaſſe ſobre mar, o en algun camino, y los perdieſſe alla, o ſi recibieſſe alguna beſtia preſtada para vna jornada, y la lleuaſſe mas lexos, o ſe murieſſe, o perdieſſe alla; porque en eſtos caſos, o en otros ſemejantes, obligado es de pechar lo que recibio preſtado, aunque la coſa ſe perdieſſe por ocaſion, porque el dio carrera por do acaecio aquella ocaſion, vſando della en otra manera que no deuia*: Ecce culpam ob quam committit furtum, text. *in §. furtum, el ſegundo* Inſtitut. *de obligation. quæ ex delict. naſc. l. 3. titul. 14. partit. 7.* vbi limitat, niſi credat dominum permiſſurum, vel ſi dominus non diſſenſit, licet commodatarius crederet, eum non permiſſurum, *vt in §. placuit, & in §. ſed & ſi credat, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. Couarru. lib. 3. variar. reſol. cap. 15. numero 8. in princip. Emanuel Roder. in ſua ſumma de caſos de conciencia. 1. tom. cap. 110. concluſ. 4.* vbi loquitur, quando commodatarius crederet, dominum permiſſurum. 22

Secundus † caſus exceptus a d. l. Regia eſt. *Quando vn hombre recibio de otro alguna coſa preſtada de las que no conſiſten*, in pondere, numero, vel menſura, *Con dia, o hora cierta a que la tornaſſe a ſu duenno. ſi de aquel dia, o de aquella hora en adelante vſaſſe de aquella coſa, teniendola contra la voluntad de ſu ſennor, e ſe perdieſſe, o ſe murieſſe, ſeria obligado a pecharla*: Ergo, ſi domino permittente, id faceret, non teneretur: Probatur etiam hic caſus *in l. fin. in princip. iuncto ſuo fine, eodem titul. 2. part. 5.* vbi declaratur, hoc procedere, *Si la coſa ſe perdieſſe, o ſe murieſſe, o ſe menoſcabaſſe deſpues que el pleyto fueſſe començado por demanda, e por reſpueſta*, vbi Gregor. Lopez gloſſ. fin. hoc amplhat, etiam ſi eodem modo res eſſet peritura penes commodantem, iuxta communem opinionem quam ibi refert, idem probat *d. l. 3. cod. tit. 2.* ibi: *e ſe perdieſſe, &c.* in ſua generalitate, & *l. 8. titul. 8. & l. 18. titul. 11. part. 5.* & tandem Gregor. Lopez *vbi ſupra* inquit, quod in foro conſcientiæ non tenebitur, qui obligatus eſt ex contractu ad reſtituendam rem, ſi naturaliter intereat, & eodem modo eſſet peritura apud creditorem commodantem, vel deponentem, *ſecund. Petr. Ancbar. in repetitione reg. peccatum, fol. 3. colum. 2. verſ. in quæſtione autem ſupra dicta, de reg. iur. in 6. cum D. Thom. ſequitur Nauarr. in manuali. cap. 17. numer. 183. & Emanuel Roderic. vbi ſupra, concluſione 6. & 8.* 23

Tertius † caſus exceptus a l. Regia eſt, *Quando el que recibio la coſa preſtada ſe obligaſſe, ha que ſi ſe perdieſſe, o ſe murieſſe, o ſe empeoraſſe. por alguna coſa de las ſobredichas, fueſſe el peligro del*, in foro tamen conſcientiæ iniuſtum eſſet obligare commodatarium ad caſum fortuitū rei commodatæ, quando dominus eius ſciret, eam periculo veriſimili ſubiectam eſſe, veluti ſi commodaſſet equum infirmum, vt tenet Emanuel Roder. *vbi ſupra 8. concluſ. numer. 9.* 24

25 Eſt † tamen caſus, in quo actio furti minime locum habet, nempe ſi commodatarius, aut creditor, aut depoſitarius vtatur re commodata, pignore, vel depoſito, eo vſu, cui proprie res ipſa deſtinatur, & ad quem dominus ipſe his rebus vti ſolebat, quod potiſſimum deducitur a voluntate domini, *ita voluit Ioan. Faber, in l. 1. C. de pigno. actio.* quem ſequitur Greg. Lop. *in l. 20. tit. 13. p. 5.*
26 *in gloſſ. uo vſi.* Obſeruandum tamen eſt, † hoc eſſe intelligendum, quando vltra id, quod prædictum eſt, res ipſa non ſit effecta deterior ex vſu: tunc namque, ea vtens creditor, nec furti, nec alia actione tenebitur, & ita ego iam in praxi iudicaui: At ſi ex hoc caſu facta ſit res deterior, ſitque vſus ipſi rei conueniens, nempe cum ipſa ad illum ex propria natura deſtinata fuerit, vel communi, aut frequentiori ipſius domini conſuetudine, tunc creditor, aut depoſitarius tenebitur ad illud detrimentum actione quidem ex contractu, non ex delicto: præſumitur namque ex his cauſſis, attenta Fabri opinione, dominum permiſſurum, idque non fuiſſe factum, eo inuito, vt ſenſit *dict. l. 20. in principio.* Verum ſi ex vſu ipſius rei, & attentis alijs circumſtantijs, colligamus, creditorem, commodatarium, aut depoſitarium vſum fuiſſe re depoſita, commodata, vel pignore, inuito domino, ſcilicet, eo non permiſſuro, locus erit actioni furti, & tamen adhuc in hac ſpecie omnino debet iudex iudicium, & eius ſeueritatem. & rigorem temperare: ita quidem, vt abſque læſione, & damno ipſius domini pœnam huius criminis benignitate quadam molliat: mitemque efficiat, & ſic molli quadam pœna furtum hoc puniendum eſt, aut ſaltem, etſi hoc a iudice omiſſum fuerit, eius ſententia erit in eum modum accipienda, vt minime iudicetur infamis, qui per eam furti hac ratione condemnatus fuerit. Ita arbitratur & cenſet, explicans prędictam ſententiam Fabri. D. Couar. *lib. 3. var. reſo. cap. 15. num. 8. verſ. quamobrem, vſque in finem,* vbi quod eodem pacto iudicis recti arbitrio relinquendum erit, ſit ne locus in hac ſpecie ſeptupli pœnæ, quæ in his Regnis plerumque indicitur furibus; etenim inſpectis circumſtantijs perſonarum, rerum, loci, & temporis a ſeptuplo iudex abſtinebit, cum de hoc iudicio tractauerit: Ego vero ſemper in hac ſpecie ab ea condemnatione, ſcilicet, ſeptupli, abſtinerem, ſed pœna leui extraordinaria huiuſmodi delictum punirem.

27 Erit † autem mirabilis praxis in propoſito huius noſtræ quæſtionis principalis, vt mors animalis conducti, vel alius caſus in eo contingens, probetur per teſtes apud iudicem proximiorem loci, vbi caſus contigit, quod fieri poteſt propter illam neceſſitatem imminentem, & abſentiam a loco longinquo, etiã ſine citatione partis, quæ in hac ſpecie minime eſt neceſſaria, imo facit prædicta probatio fidem poſtea coram iudice competente, *ita Bartol. in l. 2. num. 1. 3. & 4. C. de nauf. ag. lib. 11. quem ſequitur Angel. ibid. idem colum. 2. & Alixand. num. 21. in l. 4. §. Prætor ait. ff. de damn. inf. & Felin. in cap. 2. num. 10. de teſtib. Rebuf. alios allegans in tractatu nomin. quæſt. 13. nu. 4.* vbi refert, eius patruum idem tenentem *in dict. l. 2.*

28 An † autem dominus rocinij, equi, vel muli, aut mulæ conductæ recipiens eum, vel eam cum deterioratione, ſibi præiudicet, ſi forte actionem habeat ad petendum damnum in eo datum; videndus eſt Bald. *in l. conſtitutione C. §. fin. num. 5. in fin.* ad quem ſe remittit Gregor. Lopez *in l. 13. tit. 11. part. 5. in gloſſ. recibieſſen, in fin.* Bald. enim *vbi ſupra*; hæc verba profert. Item nota, quod ſcienti malitiam, non prouidetur contra malitiam, ſed ignoranti prouidetur. & ideo recipienti librum incorrectum, vel rocinum maculatum, ſcienter, non prouidetur, ſed ignoranter ſic, vt quia recepit de nocte, & non potuit præuidere.

SVMMARIA.

1 *Frumenti, & ceterorum victualium extractio vetari, aut prohiberi nullo modo poteſt, abſque licentia Regis, quinimo libere hæc exportari poſſunt intra Regnum.*
2 *Frumenti extractio, an tempore neceſſitatis, & publica frumenti inopia poſſit interdici a iudicibus inferioribus & Concilijs ciuitatum, & populorum? per totam quæſtionem late diſcutitur, & num. 3. cum ſeqq. late fundatur pars affirmatiua, quæ in praxi obſeruatur, vt in num. 10. ſed nu. 12. cum ſeq. pars negatiua fundatur, & num. 15. ambæ opiniones conciliantur.*
4 *Charitas bene ordinata incipit a ſe ipſo.*
5 *Neceſſitatis ex cauſſa licitum eſt ius commune tranſgredi.*
6 *Bona diſtribuenda inter pauperes, pauperibus incolis illius loci danda ſunt, non vero forenſibus.*
8 *Licentia, conceſſiones, & facultates Regis noſtri ad extrahendum frumentum ab his Regnis in Regnum Aragoniæ, vel Portugalliæ, intelliguntur prouiſo prius, vt ſuperſit abundantia in Regno Caſtellæ; & idem videtur dicendum e conuerſo, vt in num. 9.*
11 *Prætores permittere non debent, tempore neceſſitatis, extrahi frumentum a ſua Prouincia, & territorio, vel alia victualia ob auaritiam.*
13 Cala y cata del pan, ſe puede hazer por la juſticia y Regidores en tiempo de neceſſidad, y tomarlo para prouiſion de las plazas, dexando a los duennos lo neceſſario para ſus caſas y familias, y dando lo demas a las panaderas para que lo amaſſen, y vendan a juſtos, y moderados precios, *vt in nu. 14.* Pero eſto ſe entiende pagando el precio dello de contado, y no al fiado, *vt in nu. 19.*
16 *Frumenti retractu locum habente, quod pretium ſolui debeat pro eo.*
17 *Frumentum, quod portatur per oppida non ad vendendum, ſed ad prouiſionem alicuius loci, Reipublicæ, vel domus ſuæ, conſanguinei, vel amici vel quod ipſi mittitur, nullo modo capi aut ſequeſtrari poteſt: alias fieret iniuſtitia, & reddendum eſt integre portanti cum expenſis. quod ſi ipſe relinquere noluerit, ſoluendum eſt ei pretium, quo conſtitit cum iuribus portationis leucarum.*
18 *Frumentum, quod quis emit in oppidis pro ſua domus prouiſione, non eſt ſibi auferendum.*
20 *Reſpublica egens pecunijs ad emendum frumentum, poteſt compellere vicinos diuites ad mutuandam ſibi pro ſuccurrenda prædicta publica neceſſitate.*

In l. 28. titul. 18. lib. 6. nou. collect. Reg.

## QVÆSTIO XLVIII.

QVÆRO † *l. 28. titul. 18. hoc lib. 6. nou. collect.* Regia, cauetur, *Que no ſe pueda vedar la ſaca del pan, y otras viandas en ninguna ciudad, villa, o lugar deſtes Reynos, aſsi en lo Realengo, como en los ſennorios, y que libremente ſe pueda ſacar el pan, y viandas, y ſe ſaquen de vn lugar a otro dentro del Reyno, y que la ſaca ſea comun en todos eſtos Reynos, y que ninguno tenga poder de la vedar, ſin eſpecial licencia, y mandado del Rey, y eſto porque ygualmente ſe deue proueer a las ciudades, villas, y lugares deſtos Reynos, y ſennorios: porque no reciban agrauios.* 1

An † *eo tempore, quo adſit annonæ, caritas, & publica frumenti inopia, poſſit interdici a iudicibus inferioribus, vel a concilijs ciuitatum, & oppidorum, & populorum, dictumque publicari, ne frumentum extrahatur de ciuitate, vel territorio, donec prouiſum fuerit, an ciuitas, vel oppidum habeat abundantiam frumenti; & ſic pro Republica prouiſione ſequeſtra fieri omnis frumenti in eius termino, & territorio collecti?* Et in hac quæſtione ſunt duæ opiniones principales contrariæ, quæ optimis & vrgentibus fundantur rationibus, & legibus. 2

3 Prima † eſt affirmatiua nempe, vt prædicta prohibitio tempore famis, & neceſſitatis iure communi fieri poſſit, *ex l. ſi quis poſt hanc C. de ædific. priuat. & in l. cotem ferro in princ. ff. de public. & vectigal. & in l. 1. & 2. C. quæ res export. non debent,* & ideo ratione publicæ vtilitatis poteſt infringi libertas vendendi, *ſecundum Paris de Puteo, in tractat. ſyndicat. cap. de exceſſ. Baron. verſicul. ex. edunt, per l. Lucius. ff. de euictio. & l. item ſi verberatum. ff. de rei vendic.* quem refert, & ſequitur Auenda. *cap. 19. Prat. in 1. part. num. 35. in verſic. & ratione publicæ vtilitatis.*

4 Secundo, † quia caritas bene ordinata incipit a ſe ipſo. Diuus Paulus *ad Galat. cap. 6. dum tempus,* inquit, *habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. l. Præſes. C. de ſeruitut. & aqua,* vbi moderni plura congerunt. *cap. ſcias frater. 7. q. 1.* Durum enim eſt, & crudelitati proximum (*vt inquit, d. l. Præſes*) ex tuis prædijs aquæ agmen ortũ, ſitientibus agris tuis, ad aliorum vſum vicinorum iniuria propagari: Merito igitur vicini moleſte ferunt, quod fructus nati in propria patria extrahantur ab ea tempore neceſſitatis, atque ipſis egentibus: vita enim omnibus alijs rebus dilectior eſt, & anteponenda. *l. ſancimus, in 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bart. per text. ibi l. 1. ff. de bon. eorum, qui ant. ſent. l. fin. ff. de præuaricat. l. fin. tit. 14. part. 5. l. 2. tit. 1. part. 7. Couarr. lib. 1. var. reſol. cap. 2. num. 8.* & ita naturaliter omne animal ſimul, vt ortum eſt, ſe ipſum, & omnes partes ſuas diligit, & omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui, & vt ſalua ſit, & in genere conſeruetur, *Cicer. 4. de finibus*: naturalis eſt enim viuendi dulcedo, vt inquit Bald. *in l. vt vim, in princ. ff. de iuſt. & iur. Felin. poſt alios ibi, in cap. ſi diligenti, num. 3. de foro comp. Bart. Bald. & Imol. in l. cuſtodias. ff. de public. iud.* optime Ioan. And. *in cap. fin. de foro compet. in 6. late Bobadill. in ſua Polit. de Corregidores, lib. 3. cap. 4. in princ.*

Sic Theodoricus Rex Gottorum, vt refert Caſſiodorus, *lib. 4. var. epiſt. 34.* iuſſit, vt prius incolis fœcunditas frumentorum propria ſeruiat, quam peregrinis commercijs ſtudioſa cupiditas exhauriat; & idem, *lib. 2. epiſt. 12.* inquit, *ſpeciem lardi nullatenus iubemus ad peregrina trãſmitti; ſed in vſus noſtros propitia diuinitate ſeruentur, ne, quod in noſtris partibus conficitur, noxia negligentia deeſſe videatur.*

Tertio facit, quia hoc expoſcit rectum Reipublicæ regimen, ne ſubditi fame pereant, vel exceſſiuo pretio panem emant, ſicque pauperiores fiant, cum Reipublicæ expediat, ſubditos habere diuites ad onera ſubeunda, & ad maiorem eius decorem, & ad commercia augenda.

5 Quarto, † quia ex cauſſa neceſſitatis licitum eſt ius commune tranſgredi, *l. 1. C. de oper. libert. & l. 1. C. de offic. Conſul.* & etiam priuilegium, *gloſſ. in cap. ſi quis 32. quæſt. 4. cap. diſcipulos, de conſecrat, diſt. 5. cap. etſi quid 14. quæſt. 5.* ſicut, & alia plura fieri poſſunt ex cauſſa neceſſitatis, *vt late per Roland. a Valle, conſ. 56. lib. 4.* Cum enim priuilegium incipit eſſe nociuum, reducitur ad ius commune, & reuocatur, *text. in cap. ſuggeſtum, 9. & ibi Doctores de decim.*

6 Quinto, † quia quando bona ſunt diſtribuenda inter pauperes, incolis illius loci danda ſunt, non vero forenſibus. *l. nulli. C. de Epiſc. & cler. leg. centum C. de annon. & trib. lib. 11.*

7 Et † in terminis hanc opinionem affirmatiuam tenet Platea, *in l. vnica in fin. C. non liceat habit. Metroc. lib. 11. Ripa in tract. de remedijs ad conſeruand. vbert. num. 40. cum ſequentib. Auend. vbi ſupr. num. 35. in princip. & in fin. in verſic. & prædicta. & cum Bart. in l. dudum. C. de contrahend. emt. & contra Bald. in l. ſi duobus §. emtor. num. 2. C. communia de leg.* Eandem partem affirmatiuam probat Auiles, *in cap. 17. Prat. in gloſſ. Arazonables precios, numero 36. & Mexia in pragmatica taxæ panis, in 1. concluſ. numer. 56.* & nouiſſime Caſtellus Bobadilla, *in ſua Politic. de Corregidores, lib. 3. cap. 3. numer. 54. & 55.* & ante eos in extractione frumenti a Regno Matth. de Afflict. *deciſ. Neapoli. 290. numer. 9.* quem, & alios referens, ſequitur etiam Petrus Surd. *de alimentis titul. 7. quæſtion. 8. numero 7.*

Neque obſtat huic ſententię noſtræ l. Regia in verbis ſupra relatis, quia intelligi debet, vt procedat, quando ineſt abundantia, alias ſecus, vt patet ex adductis per Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 290. num 9.* quem refert, & ſequitur Auiles *vbi ſupr.* Limitatur igitur noſtra lex Regia, vt donec prouiſum fuerit, an ciuitas, vel oppidũ habeat abundantiam frumenti, poteſt interdici, ne extrahatur de ciuitate, vel territorio, vt in terminis eam limitant Auenda. & Auiles *vbi ſupr.* & Gregor. Lopez, *in l. 15. gloſſ. magna, in verſic. & cum de iure Regni, ibi; quo caſu, titul. 1. part. 1.* & Bobad. *dict. num. 54. in princip.* & Mexia etiam *vbi ſupra,* & iuxta hanc opinionem ceſſat extractio frumenti, quando ciuitas, vel oppidum ſe opponit contrariis prouiſionibus, & Prætor informat de vrgenti neceſſitate ſuæ Prouinciæ, *vt refert Bobadill. d. numer. 54.*

Et † hæc limitatio comprobari videtur ex altera, quæ habet, quod licentiæ, facultates, & conceſſiones Regis noſtri Caſtellæ ad extrahendum frumentum, ab his Regnis, in Regnum Aragoniæ, vel Portugalliæ, intelliguntur, prouiſo prius, vt ſuperſit abundantia in Regno Caſtellæ, cuius publicæ vtilitati prius prouidendum eſt, vt ex Ioan. de Platea, *in l. ſi quis per diuinam. C. de aqua duct. lib. 11.* probauit Auendan. *vbi ſupr. dict. num. 35. verſic. item eadem ratione,* & Auiles etiam *vbi ſupra dict. num. 36. verſ. & vltra ibi dicta*; necnon & Mexia *dict. num. 56.* eſtque pro hac limitatione expreſſa *l. 29. infra hoc eodem tit. 18.* ibi: *Y mandamos, que quando alguna licentia ouieremos de dar, para ſacar pan de nueſtros Reynos, por virtud de la dal licentia no ſe pueda ſacar pan de ningun lugar, ſin hazer primeramente en el tal lugar cala, para dexar en el, y en todos los otros donde ſe ſacare el dicho pan, el baſtimento, que para cada vno dellos fuere neceſſario de pan para aquel anno, y para la ſementera del otro anno adelante.* Et hæc limitatio veriſſima eſt, & lege Regia expreſſe, & in indiuiduo approbata, ideo tenenda eſt in praxi. 8

Ex † qua idem dicendum eſſe videtur, e controuerſo in licentia, & facultate generali a noſtro inuictiſſimo Rege Philippo huius nominis II. nuper in fauorem horum Regnorum Caſtellæ conceſſa propter inopiam frumenti in eiſdem, vt a Regno Portugalliæ, vbi eſt abundantia, in hæc Caſtellæ poſſit libere, & impune frumentum extrahi, atque deferri, vt hoc menſe Aprilis fuit præconio edictum, atq; publicatum in foro publico huius ciuitatis Ciuitatenſ. mandato Regis; Debet enim intelligi prædicta licentia, & facultas Regis (imo credo in ea eſſe expreſſum) dummodo remaneat ibi prius frumentum neceſſarium, pro prouiſione, dict. Regni Portugalliæ, *per ſupra dicta, & argum. dict. l. Regiæ,* vt in hoc ſeruetur viciſſitudinaria æqualitas. 9

Si hoc igitur verum eſt, prima quoque limitatio prædicta noſtræ l. tenenda videtur, præcipue cum eam probauerint tot viri graues, & practici noſtri Cohiſpani, & iure communi quoque per alios probetur.

Hinc † praxis inoleuit in noſtra Hiſpania, vt Prætores, & concilia ciuitatum, atque oppidorum, aliorumque locorum, cum timent inopiam futuram panis propter anni ſterilitatem, ob bonum publicum, atque commune, & prouiſionem ſuæ ditionis, & Reipublicæ interdicant edicto, & præconio publico extractionem frumenti a ſuis territoriis, magnis pœnis contrarium facientibus ſtatutis, quinimo ſequeſtrari faciunt in agris, & 10

in populis totum frumentum, quod in territorio colligitur, vel eſt collectum, præcipue quod colligunt, & habent conductores frumenti interdicendo eis, ne aliis vendant, ſed quod id penes ſe retineant pro prouiſione Reipublicæ: & quando opus eſt, & ita expedit, ob eandem cauſſam frumẽtum ab eis auferunt ſoluto pretio pragmaticæ Regiæ; relinquendo eis id; quo opus habent ad ſuam familiam alendam, arbitrio boni viri: *Y lo que han meneſter para ſeu ſementera futura, ſi ſon perſonas que la han de hazer*, quod iuſtiſſimum eſt, & publicæ vtilitati conueniens; Si enim hoc eſſet contrarium noſtræ legi, profecto cum fiat frequentiſſime, ac quotidie, quoties opus eſt, pœna noſtræ legis exſecutioni mandaretur aduerſus eius violatores, aut ſaltem ab eis timeretur, quæ eſt grauiſſima, nempe, *Que la iuſticia, y Regidores, y oficiales por quien fuere fecho, pierdan por el miſmo caſo los oficios que des Rey tuuieren, y el Conceio, iuſticia, y Regidores de ſennorio y Abadengo, por lo hazer in curran en pena de cincuenta mil marauedis, para la camera, y fiſco de ſu Mageſtad, y el ſennor que fuere del tal lugar, o Perlado que tuuiere la iuridicion del por quien fuere dado lugar a tal vedamiento, pierda todos y qualeſquier marauedis, aßi de iuro de heredad, como de merced, de por vida, o en otra qualquier manera que aya y tenga del Rey, los quales dende en adelante no ſean librados, y queden por conſumidos en ſus libros*; & nihilominus contrarium fit intrepide quotidie, & impune cum ſcientia, & patientia dominorum de Conſilio Regio, ad quos quotidie deferuntur querelæ aliorum populorum, & particularium, qui emerunt frumentum in aliis territoriis, & ſibi ſequeſtratur, & conceduntur literæ Regiæ, ſimpliciter inſerta noſtra l. Regia, & præcipitur, vt ea obſeruetur, & nihilominus ab eis ſupplicatur, & informat Prætor de vrgente neceſſitate ſuæ Prouinciæ, & cum hoc extractio ceſſat ſecundum Bobadill. *vbi ſupra*.

11 Et ita contra Prætores tẽpore neceſſitatis permittentes extrahi frumentum a ſua Prouincia, & territorio, vel alia victualia ob auaritiam inuehunt, frater Marcus Anton. de Camos *in ſua microcoſmia, 1. part. dialogo. 12. pag. 155. colum. 1. Petr. Gregor. in ſyntag. iur. 3. part. libr. 47. cap. 31. numer. fin. & Bobadill. dict. lib. 3. cap. 3. numer. 55.* vbi quod iſti, talia perpetrantes, incurrunt pœnas *l. fin. C. de monopol.*

Hæc ſunt, quæ pro hac 1. parte affirmatiua in noſtra quæſtione principali faciunt, & adducenda duximus.

Pro contraria parte, & ſic negatiua, ſcilicet, quod etiam tempore maximæ penuriæ panis, procedat noſtræ l. Regiæ diſpoſitio, & prohibito, & iudices inferiores, Regni, etiam ſub prætextu dict. cauſſæ minime poſſint prohibere extractionem frumenti a loco ſuæ iuriſdictionis in alia loca intra hæc Regna, etiam ſi dicant, quod prius prouidendus ſit populus, vbi creatum fuit frumentum ordine caritatis.

Primo facit, & probat noſtra l. Regia quæ ad hoc dubium tollendum ſpecialiter, & in indiuiduo ſtabilita fuiſſe videtur, ex ratione in ea expreſſa in princ. ibi *Porque ygualmente deuemos proueer a las nueſtras ciudades, y villas, y lugares de los nueſtros Reynos, y ſennorios, porque no reciban agrauios, ordinamos, y mandamos, &c. vt ſupra.* Conſiderandum eſt enim nulli populo fieri ex hoc præiudicium: ſiquidem eodem iure omnes populi huius Regni vti debent, & quod vno, vel aliquibus annis huic, vel illi populo durum, atque graue videtur, id aliis annis, quib. alibi copia frumenti adfuerit, vnde poſſint deferre, cõpenſatur, & ſic alter alterius inuicem onera portabunt, & neceſſitatem mutuam ſubleuabunt: Conqueri igitur iure non poſſunt ex deciſione, & obſeruantia ſtricta noſtræ legis, quæ oportuna nimis, atque iuſtiſſima eſt, licet prima facie duritiam continere in cortice videatur.

Secundo, eadem ſententia probatur in litera noſtræ legis alia inſpectione, ibi: *Y que ninguno tenga poder de la vedar*, (ſcilicet *la ſaca del pan*) *ſin eſpecial licencia, y mandado nueſtro*; Cum enim Reges noſtri hanc ſibi facultatem ſpecialiter reſeruauerint, vt pote concernentem quid ſupremum, & graue, omnibus aliis eam ademerunt, atque denegauerunt, etiam exſiſtente quacunque cauſſa, & neceſſitate.

Tertio, conſidero mentem noſtræ l. claram eſſe loquendo tempore neceſſitatis, & inopiæ frumenti: Alias namq; tẽpore abundantiæ ipſius non ſeruiret de dubio, nec eſſet neceſſaria noſtræ l. prouiſio cõtra l. *quod Labeon ff. de Carbon edict.* & quod noſtra, l. ſit ſeruanda, & practicanda; *Quando ay falta, y eſtrecheza de pan*, probatur, ex *l. 1. tit. 25. lib. 5. noua collect. Reg. in verſ. Y porque por eſperiencia ſe ha viſto, &c.* ibi. *De que reſulta auer falta, y eſtrecheza, para, que eſto ſe prouea, y no aya la dicho falta, mandamos a los Corregidores, Gouernadores, &c.* iuncto verſic *Y que quien quiera que quiſiere, lo pueda ſacar, y lleuar por tierra, de vnos lugares a otros y de otros a otros de los dichos nueſtros Reynos, y no fuera dellos &c. Y que ſobre eſto ſe guardẽ las leyes de nueſtros Reynos, que diſponen que no ſe pueda vedar la ſaca del pan, ni ſecarſe fuera dellos, ſo pena, que el que vedare la dicha ſaca, aora ſean iuſticias y Regidores y los duennos de los dichos lugares, caya cada vno dellos en pena de cincuenta mil marauedis para la nueſtra camara, &c.*

Quod ſi timeatur inopia frumenti & pro bona prouiſione Reipublicæ interdictio fieri prætendatur, adhuc l. noſtra generalis eſt, & ideo obſeruanda, & quando tanta fuerit panis inopia occurratur ad Regem, vel ad eius ſupremum Conſilium, vbi oportune prouidebitur.

Quarto, & pro hac eadem parte conſidero, atque 12 retorqueo *l. 29 infra hoc tit. 28. libr. 6.* pro priori parte adductam: Si enim in illo caſu expreſſe prædicta limitatio excepta eſt, nempe, *Que quando ſe dieren licencias por el Rey, para ſacar pan fuera deſtos Reynos, ſe entienda que ſe dexe primero lo que fuere meneſter para baſtimento, y ſementera del pueblo de adonde ſe ſacare para fuera del Reyno.* Et hoc iuſtiſſima ratione, quia caritas bene ordinata incipit a ſe ipſo, quæ ratio optime congruit, *Quando ſe ſacara de un Reyno para otro diuerſo, aunque ſea vnido, y adiacente a otro,* ſed in oppidis eiuſdemmet Regni, *como ſon los de Caſtilla, y Leon*, non videtur ita conuenire, nec in caſu noſtræ *l. Regia 28.* hæc eadem exceptio exprimitur, Ergo conſulto omiſſa videtur, deficiente ratione, *d. l. 29.* vbi prædicta exceptio fit, & in terminis ita tenet, & probat hanc ſecundam partem D. Azeuedo in præſenti *num. 6.* tametſi eum improbet Bobadill. *vbi ſupra d. numero 54.*

Neque obſtat, quod contrarium fiat frequentiſſime, quoties expedit, per iudices inferiores, & Concilia ciuitatum, & oppidorum, quia non quod fit, ſed quod fieri debet, faciendum eſt: quod ſi non puniuntur contra facientes, nec timentur in ſpecie pœnæ graues noſtræ legis, id ob cauſſam publicæ inopiæ panis omittitur, atque diſſimulatur, prouiſo tamen per dominos de Conſilio Regio, quoties ad eos occurritur. vt ſeruetur noſtra l. qua inſerta dantur Regiæ prouiſiones, vt iudices & Reſpublicæ locorum eam ſeruent ſub pœnis in ea contentis: Quod ſi reſpondeant, *Que las obedecen, y en quanto al cumplimiento dellas ſuplican, porque en el pueblo, y en ſu tierra ay gran falta, y eſterilidad de pan, y que aquello es neceſſario para ſuſtẽtaciõ del pueblo, y vezinos del, y que parecer a la gẽte, ſi no ſe toma y gaſta alli, porque no lo ay ni ſe hallaen otras partes*, nihilominus, *ſe dã ſobrecartas*, vt nõ obſtãte prædicta reſpõſione, noſtra lex ſeruetur, teſte Azeuedo *vbi ſupra*, & ego ſæpiſſime idem vidi ſeruari. Eſt enim moltum fauorabilis, & neceſſaria prouiſio noſtræ l. nempe, *Que los mantenimientos, anden, y corran libremente por*



*por todo el Reyno, y no ſe venden, ni ſe haga eſtanco en ellos: y aßi las iuſticias y pueblos, obedecen luego eſtas ſobrecartas, como eſtan obligados, y obedeciendo las, no ſe executan en ellos penas, por la cauſa que tuuieron para ſupplicar, aunque no baſtante para dexar de complir la primera prouiſion y carta pero atento a que obedecen la ſobrecarta*, de benignitate quadam ſuperiores eos non puniunt.

Quare, vt populi ſubueniant neceſſitati, atque indigentiæ propriæ adeant Regem, eiuſque Conſilium ſupremum, eumque, extrema neceſſitate præmiſſa, humiliter ſupplicent, vt decernere dignetur, ne extrahatur panis ab ipſis populis, niſi prius facta æſtimatione, *cala, y cata* de qua in *l. 29 ſtatim ſequenti* poſſunt etiam populi vti facultate ſibi conceſſa a l. 18. *tit. 11. lib. 5. huius nou collect.* Reg. ibi *Y porque entendemos, que conueniene al bien publico deſtos Reynos, que las alhondigas ſean preferidas en la compra del dicho pan, adelantado a todas las perſonas Eccleſiaſticas, y ſeglares, con quien concurrieren a comprar pan que no eſtuuiere comprado; que queriendolo ellos por el tanto, lo ayan primero que ninguna de las dichas perſonas: y mandamos a los del nueſtro Conſeio, que ſobre eſto dan las prouiſiones neceſſarias fauor de las dichas alhondigas, y ſus mayordomos*, & inquit Azeued in fine noſtræ legis, ſic vidiſſe iam conceſſam prouiſionem a Regio Concilio cuidam villæ, vt daretur ei, & vicinis frumentum decimarum, & quod dabitur quotidie petentib. hæc prouiſio in Conſilio.

*An autem iudices, & poteſtates ſeculares, & Concilia populorum poßint ſequeſtrari facere triticum, & hordeum decimarum, & aliorum redditorum Eccleſiaſticorum, & Clericorum tempore neceßitatis in annonam publicam*, diſſeruimus late, quid ſit tenendum in ea ſpecie *ſupra lib. 1. pract. q. 13. per totam.*

13 Eſt autẽ † alia cautela legitima pro ſuccurrenda neceſſitate populorum tempore inopiæ panis, nempe, *Que la iuſticia con interuencio, ſi le pareciere, de dos Regidores, y otras perſonas del lugar, haga cala y cata del pan, que los vezinos del tuuieren, &c.* iuxta prouiſionem, *Y porque por experiencia, &c. tit. 25. lib. 5. nou. collect.* Reg. quod & iure communi cautum erat, vt probat Rip. *de remed. præſeru. contra peſt. num. 187.* cum ſeqq. & Romani tempore neceſſitatis frumenti idem faciebant, *vt refert ex aliis Bobadill. d. lib. 3. ca. 3. num. 12.*

14 Similiter etiam eidem neceſſitati prouideri poterit eo remedio, quo conſultiſſime Rex noſter prouidit in ſua pragmatica ſanctione ſuper hoc lata, *En Madrid a 8. de Otubre de 1571. annos, en que manda que los iuezes y iuſticias tengan muy gran cuydado de la prouiſion de las plazas, que eſten bien proueydas de pan cozido, y que para eſte efecto, ſi neceſſario fuere, puedan tomar, y tomen de qualeſquier perſonas, de qualquier eſtado, condicion, y calidad que ſean, que tuuieren el pan en grano, o harina, dexandoles lo neceſſario para ſus caſas, y familia, y darlo a las panaderas para que amaſſen, y vendan a iuſtos, y moderados precios, dando cerca deſto el orden que conuenga; de menera, que ni aya falta, ni en el precio deſſorden.* Ecce duas opiniones contrarias fundatas, & praxim

15 contrariam, quid tenendum?

Ego has duas opiniones, & praxim ita quidem conciliarem, vt prima affirmatiua procedat, quando in populis, in quibus frumentum creatur, & colligitur, adeſt ſumma penuria panis, & Reſpublica illorum eo præciſe egeret, tunc enim veriſſimum exiſtimo, atque ſatis iuridicum, vt iudices inferiores, & communitates illorum populorum poſſint interdicere ſub pœnis extractionem frumenti ab eis, vt reſeruetur in prouiſionem, victum, & ſuſtentationem vicinorum, atque publicorum horreorum, tuncque etiam ſi decernantur Regiæ prouiſiones inſerto tenore noſtræ *l. 18.* vt ipſa ſeruetur, prohibens, ne interdicatur extrahi frumentum, & cetera victalia ſub grauibus pœnis, nihilominus, *Suplicando y clamando la ciudad, villa, o lugar, e informando el Corregidor de la vrgente neceßidad de ſu Prouincia, ceſſara la ſaca*, ex fundamentis ſupra prima parte adductis, quibus in hac ſpecie congrue reſponderi non poteſt: neceſſitas enim caret lege, & caritas bene ordinata incipit a ſeipſo, & in pari cauſſa potior eſt conditio poſſidentis, Accedat auctoritas tantorũ virorum hanc partem tenentium, quibus ſecure in vtroque foro credi, atq; ſtari poteſt.

Secunda vero opinio, hoc eſt negatiua & ſic contraria procedat quoties, etſi adſit ſterilitas, & inopia panis in propriis populis vbi colligitur, non tamen ita extrema, & vrgens eſt, quin alias ſuccurri poſſit, præcipue ſi horrea publica illorum habeant iam copiam ſufficientem, vel quaſi ad prouiſionem ipſorum: quod ſi adhuc timeatur deficientia, poſſit ſuccurri remediis de quibus ſupra a noſtris legib. introductis, & ita merito ſepiſſime, *Se han dado ſobrecartas en Conſeio, para que ſin embargo de la ſuplicacion de los pueblos, ſe cumplan las primeras cartas, que en conformidad de nueſtra ley 28. ſe han dado: y aßi para que ſe dexe ſecar el pan.*

Hocque modo, & ambæ opiniones & praxis contraria reducuntur ad concordiam, ita vt iuxta qualitatem temporum, & frumenti penuriam, ac modum oportunum ſuccurrendi neceſſitatibus populorum horum Regnorum res ſit poſita in bono regimine, & ratione ſtatus, ac prudenti iudicio ſupremi Conſilii; atque ita iuxta diuerſitatem temporum, & negotiorum hoc ſolet expediri, tum ſecundum vnam, tum iuxta alteram opinionem, prout magis expedire iudicatur, Et ita etiam vidi Madriti commorans in eodem Regio Conſilio pronuntiari, re hinc inde a partibus controuerſa, nempe inter hanc ciuitatem, & Zamorenſem, *Que ſe dexaſſen ſacar della para eſta ſeys mil. fanegas de trigo de doze mil, o mas que tenian compradas.* Fit igitur ex ſupra dictis, vt licite iuxta primam opinionem affirmatiuam ſupra fundatam, & bene probatam iudices inferiores, & Concilia populorum, tempore, quo adſit annonæ caritas, & frumenti inopia, poſſint interdicere ſub pœna, ne frumentum extrahatur illis populis, & ſequeſtrari, quod eſt venditum aliis, extra territorium deferendum, vel etiam non venditum, ne vendatur, & extrahatur, ſed ibi remaneat pro prouiſione neceſſaria illorum: imo hoc prouide fieri, & impune, donec per Conſilium Regium, auditis partibus, aliud decernatur, cuius decretum ſecundum erit exſpectandum, & obſeruandum proculdubio.

Neque obſtat, quod retractus frumenti in horrea Reipublicæ, hoc eſt, *Para la prouiſion de las alhondigas*, fieri non poteſt; niſi quando concurritur cum emtoribus frumenti ad id emendum, iuxta diſpoſitionem *dict. l. 18. tit. 11. lib. 5. noua collect. Reg.* quia hoc fallit ob neceſſitatem publicam, qua ſtante, etiam multo poſt poteſt fieri, & competit retractus eiſdem rationibus de quibus ſupra in prima opinione affirmatiua, & in terminis ita tenet Bobadilla, *dict. lib. 3. cap. 3. numero 56. ad finem, Adonde en el principio tambien dize, que en los pueblos conuecinos a la Corte con dificultad ſe permite prohibir la ſaca del trigo, ni tomarlo a los arrieros. porque no ſe eſtreche la prouiſion, y abaſto della; pero que ſi toda via fueſſe tanta la neceßidad, y hambre, podria hazerſe la miſma prohibicion, y retencion, mayormente, ſi los que lleuan el trigo ſon arrieros, que lo compraron para tornarlo a vender, y ganar en ello ſus portes* 16 *† y que en caſo que ouieſſe lugar el retracto del trigo, aßi contra los que lo paſſan por la ciudad, como contra los que lo ſacan della, ſe les deue pargar precio que conſtare, ſin fraude ni cautela auerles coſtado, aunque ſea a mas de la taſſa; quando del que lo vendio no ſe puede auer derecho a la mano, para que buelua la de maſia: pero que ſi el retracto del pan ſe hizieſſe mucho deſpues que ſe celebro la venta, no baſtara pagar el precio que coſto, ſino lo que entonces vale, aunque ſea, mas crecido, aunque*

*y nunca he viſto, que eſto de pagar lo que entonces vale, ſe pague, ſino que ſe ſaca por el tanto que coſto: y ſeria juſto que eſto ſe hizieſſe aßi, no ſolo en el precio que coſto, ſino en los gaſtos, y coſtas que tiene el comprador, porque baſtale quedarſe ſin el pan comprado, que le quitan contra ſu voluntad, ſin que ſe quede tambien con las coſtas, y gaſtos, y aßi con perdida, mas tampoco veo que eſto ſe paga.*

17 *Pero † quando vno lleua, y paſſa por vn pueblo pan comprado, no para vender, ſino para la prouiſion de la alhondiga, y poſito de otro pueblo, o para la de ſu caſa, o de ſu deudo, o amigo, o ſe lo embia para eſte efecto, en ninguna manera ſe le puede tomar, ni embargar, porque es eſpecie de tirania, y robo, y el comercio, y paſſo del trigo, y de los otros mantenimientos ha de andar, y ſer libre por el Reyno,* vt in hac noſtra l. Regia. 28. & in l. 1. titul. 25. lib. 5. nouæ collect. Reg. ibi: *Y quien quiſiera que quiſiere, &c.* & in terminis, ita per prædicta tenet, & probat Bobadill. *d. lib. 3. cap. 3. numer. 52. Y ſi de hecho ſe hizieſſe, ſeria agrauio, e injuſticia notoria, y conſtando de la verdad del caſo, ſe le auia a boluer enteramente, y pagar las coſtas, y gaſtos, que le ouieſſen hecho hazer tan injuſtamente, y ay obligacion dello: y ſi el agrauiado lo quiſieſſe de ſu voluntad dexar, y dar por el precio que le coſto, y el porte de las leguas, haſta alli ſe le ha de pagar todo.* Et ita in facti contingentia pronuntiauimus.

18 *Por † la miſma razon a los que tienen comprado trigo en las aldeas, y eſta en poder de los vendedores, o de las panaderas, o de ſus duennos para lo prouiſion de ſus caſas, no ſe les deue tomar, pues todo es vn gouierno, y baſtecimiento, proueerſe los vezinos en particular, o proueerlos la Republica en general. y porque ſi ſe les tomaſſe, ſe les auia deſpues de tornar a dar: y aßi no ſe deue llegar a eſto, ſino fueſſe a gran neceßidad, y preſtado parte dello en el entretanto,* vt per eundem Bobadill. *vbi ſupra, numer. 16. A donde trae aquello de S. Mateo. 25.* ne forte non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.

19 Vlterius circa praxim, dict. *l. 1. in verſ. Y porque por experiencia, &c. titul. 25. lib. 5. noua collect. Regia,* obſeruandum erit, *Que quando conforme a la diſpoſicion de la dicha ley, ſe toma el trigo a los que le ſobra, eſto ſe entiende pagando el precio dello de cancado, y no al fiado,* iuxta gloſſ. *in l. 1. verb. neceßitatem, ibi imo prius ſoluet pretium. C. de communi ſeruo manumiſſ.* vbi Bald. dicit communem, & additio Ananiæ *in cap. praſenti, de iude, Auiles, in cap. 17. Prat. in gloſſ. A razonables precios, numer. 9. in fin.* & in terminis illius legis per ſupra dicta, Bobad. *lib. 3. cap. 3. num. 17.*

20 Quod † ſi Reſpublica careat pecunijs ad emendum frumentum, poteſt compellere ſuos vicinos diuites ad mutuandum pro ſuccurrenda publica neceſſitate prædicta: tam laicos, plebeios, quam nobiles, Eccleſias, & Clericos, vt probauimus poſt alios, *lib. 2. practic. quaſt. 108. numer. 29.* & poſt nos congerit alios plurimos, idem tenentes, Bobadill. *vbi ſupr. numer. 18.* vbi *numer. 19.* inquit, quod ipſe excuſaret ab hoc ruſticos, quamuis hoc male ſeruetur in Curia, *A donde obligan a los comarcanos a que traygan pan cozido indiſtintamente, aora lo tengan de ſus coſechas, o no, por lo mucho que por mil vias ſe aprouechan los aldeanos, y que por eſto los mas pueblos ſe encargan los Concejos deſta obligacion, y la proueen del trigo del pueblo, ſi lo ay, y ſino embian a diuerſas partes por ello, y pregonan, y rematan la trayda deſte pan a la Corte, en vn precio que dan al que dello ſe encarga.*

## SVMMARIA.

1 *Ciues an cogi poßint frumentum in territorio collectum conuicinis, potius, quam exteris vendere tempore, quo adeſt annonæ careſtia? pars affirmatiua probatur, & in praxi eſt obſeruata.*

2 *Colonus vendere volens fructus, quos in agro conducto ſibi perceperit, cogi poteſt eos vendere iuſto pretio potius domino fundi, quam alij.*

3 *Vendere quis cogitur rem propriam ex cauſſa publica inopia, iuſto pretio.*

4 *Subuenire quis prius tenetur, quibus ſanguine, aut alia neceßitudine coniungitur.*

5 *Vnaquæque ciuitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat, vt in Concilio Turonenſi cauetur, edito ſub Pelagio 1.*

## QVÆSTIO XLIX.

QVÆRO † vlterius, circa prædictas ll. Regias: *an tempore, quo adeſt annona careſtia, & publica inopia frumenti, cogi poßint ciues frumentum ex agris illius ciuitatis, vel oppidi concinibus, & oppidanis vendere, potius quam exteris, iuſto tamen pretio, ſaltem eo quod ab exteris in conuentionem deductum fuerit, ſine fraude, ſi iam emtio præceſſerit?* Et videtur primo id vicinis eſſe denegandum, quia iure Regio non reperitur hoc ipſis eſſe conceſſum, ſed tantum, *A las alhondigas, y poſitos de los pueblos,* ex cauſſa publicæ vtilitatis, *y a ſus mayordomos en ſu nombre,* vt *in l. 18. titul. 11. lib. 5. noua collect. Regia.* Ergo per locum ab ſpeciali videtur, ibi probari, vicinis non eſſe hoc permiſſum. 1

Nihilominus tamen contrarium iure verius eſt, & in praxi receptum, nempe, quod vbi Reſpublica inopia, & penuria annonæ grauatur, poſſint habentes frumentum omnino cogi, id ciuibus potius, quam exteris vendere ad inopiam, & egeſtatem ſubleuandam, atque ita præferendos eſſe ciues oppidanos, ipſaſque vrbes & oppida exteris in emtione frumenti collecti ex agris territorij eodem pretio. Quod primo practici deducere ſolent ex doctrina Bart. *in l. 1. C. de metall. lib. 11.* per text. ibi, quem ſequuntur Angel. & Ioann. de Plat. *in proprio loco* † Quæ habet, colonum volentem vendere fructus, quos ex agro conducto ſibi perceperit, cogendum eſſe eos vendere domino fundi iuſto pretio, potius quam alij, atque ita dominum fundi locatorem ius prælationis habere in emendis fructibus, e re locata perceptis. Et licet hanc doctrinam Bart. falſam eſſe conetur probare D. Couarr. *lib. 3. variar. reſol. capit. 14. numer. 6.* ex pluribus, quæ ibi congerit, (& forte verius) nihilominus tamen eam ſequuntur vltra præcitatos, Matth. de Afflict. Felin. Anton. de Burg. & Andreas Tiraquell. alios citantes, relati per Couarr. *vbi ſupra,* quorum opinio communis, & receptiſſima eſt, vt idem Præſul ibidem fatetur, & vltra eum eandem ſequitur Ripa, alios referens, *in tractat. de remed. præſeruat. contra peſt. numer. 260.* vbi ex Curtio *conſ. 48. ſuper controuerſia,* inquit, quod fere tota iuriſprudentia tranſit cum opinione Bart. & quod ita in practica obſeruatur, & communem eſſe ex Decio refert, eſtque receptiſſima, *vt ex eodem Couarru. refert Mexia in pragmat. taxa panis, concluſ. 5. numer. 111. & 112.* Eſtque hoc modo intelligenda, vt tantum pretium dominus fundi teneatur pro fructibus dare, quantum ab alio reperitur, quamuis id iuſtum excedat, vt iure probat cum alijs Couarr. *vbi ſupra, in verſicul. 2.* etiam, & latius aduerſus nonnullos Mexia *dict. concluſ. 5. numer. 114.* cum pluribus ſequentibus, vbi exemplificat in pretio vltra taxam illius leg. dummodo fraus, & colluſio abſit, ſecundum eundem ibidem, *numer. 122. cum ſequentibus.* 2

Secundo, † eadem praxis iure comprobatur, quia ex cauſſa publicæ inopiæ cogitur quis rem propriam iuſto pretio vendere, vt deduci videtur ex *l. 1. C. de Epiſcop. audi.* vbi Bart. & communiter Doctores id notant. optimus text. *in l. 2. ff. de nundin. & in ſimili text. in l. 1. C. vt nemin. liceat in emt. Spec. lib. 10. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacari. ff. de vſufruct.* ibi, *ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere, & Fiſco functionem præſtare l. 2. §. quæſitum, vſque in fin. ff. ad l. Rhodiam. de iact. Abb. & alij in cap. 1. de emtion. & vendition.* probat late cum alijs D. Couarru. *vbi ſupra, num. 3.* & plurimos congerens Caſtillo Bobadill. *in ſua politica de Corregidores, lib. 3. cap. 3. num. 21.* vbi dicit, *A precio juſto, y razonable, aunque ſea a menos de lo que ſe hallaria por ello:* Magiſtratus autẽ & cuiuslibet Prouinciæ Præfectus potius ſuæ Prouinciæ, quam alterius curã habere debet, vt manifeſtum eſt. Ergo ciues compelli poterunt frumentum publicæ neceſſitati in foro publico exhibere, & vendere ipſis oppidanis, potius, quam exteris. 3



4 Tertio, † idem probatur caritatis ordine; quo plus tenetur quis prius ſubuenire, quibus ſanguine, aut alia neceſſitudine coniungitur, iuxta illud B. Pauli ad Galat. 6. *dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei:* Ergo prius ciuibus tanquã membris, & neruis eiuſdem Reipublicæ, quam exteris frumentum tempore neceſſitatis vendendum eſt, præſertim, quod tenetur quis patriæ oppreſſæ fame, aliove malo totis viribus opem ferre, potius quam alteri ciuitati, cum patriæ plurimum debeamus.

5 Quarto, † idem comprobatur ex Concilio Turonen. *can. 5. ſub Pelagio I. celebrato,* dum dicit, vt vnaquæque ciuitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundum vires, vt tam vicini presbyteri, quam ciues omnes ſuum pauperem paſcant, quo fiet, vt ipſi pauperes ciuitates alienas ire non fatigentur, & vt hoc ita fieret magnus, & inuictiſſimus Rex noſter Philippus II. ſuis pragmaticis ſanctionibus mirificum ordinem edixit, & ita in praxi hactenus hæc ſecunda pars obtinuit, ſic vt iure probata, vt affirmat, & probat D. Couarru *d. num. 6. per totum.* & eum referens Mexia, *d. concluſ. 5. num. 94. cum pluribus ſeqq.* & ſimpliciter Azeued. *in d. l. 18. num. 5.*

Neq; obſtat vnicum fundamentum ſupra adductum pro contraria parte, nempe, *d. l. 18.* per locum ab ſpeciali, quia illa lex non probat contrarium; non enim expreſſit, id fieri tantum, *en fauor de las alhondigas,* ſed loquens de iis, ea ratione mouetur, *porque entendemos, que conuiene al bien publico deſtos Reynos, que las dichas alhondigas ſean preferidas,* ſicque non excluſit præd. iuris deciſionem, & praxim communem, quam adduximus in fauorem vicinorum, quinimo ea virtualiter contineri videtur ſub diſpoſitione *d. l. 18.* ex identitate rationis, quoniam idem æque bonum publicum in noſtra ſpecie conſiſtit, *Que en las alhondigas,* nempe, *que los vezinos puedan tomar por el tanto el trigo, y ſean preferidos a los foraſteros, pues las alhondigas, y la Republica, como buena madre, lo quiere para ſus vezinos, y para proueer ſu neceßidad, y a las vezes no tienen tanto dinero, que puedan comprar todo lo que han meneſter, y aunque lo tengan ſe prouee mejor, comprando algunos vezinos lo que quiſieren para ſi, y las alhondigas para los demas, aßi, que todo viene a ſer vno, y la dicha pratica es juſtißima, y conforme a derecho.*

## SVMMARIVM.

1 *Concilia ciuitatum & oppidorum, item & ciues loci, vbi frumentum colligitur intra quantum tempus admittantur, ad retrahendum illud, quod ab exteris eſt emtum? & num. 2. vbi, & quo pretio?*

## QVÆSTIO L.

QVÆRO etiam circa eaſdem ll. Regias, *intra quantum tempus, ſint audienda Concilia, vel admittendi vicini volentes, retrahere frumentum ab exteris iam emtum pro ſua, vel horreorum publicorum prouiſione?*

Et in hoc Ioan. Matien. *in l. 18. titul. 11. lib. 5. nou. collect. Reg. gloſſ. 1.* notat ex ea lege, ibi: *Concurriere en a comprar pan que no eſtuuiere comprado:* quod huic generi retractus, ratione publicæ vtilitatis, ſtatuto locus non eſt, ſi iam venierit triticum. Sed tunc demum obtinebit cõcilium cuiuſcunq; populi, cum in emtione tritici concurrerunt cõcilium ipſum, & perſona priuata: præfertur ſiquidem concilium, ſi in emtione ſeruauerit, quod in l. præcedenti ſtatutum fuit: & quidem verba *d. l. 18.* fauere videntur huic opinioni, dum conditionaliter requirere videntur, quod frumentum non ſit emtum.

Rurſus videtur, quod intra nouem dies venditionis poſſit hac in ſpecie retrahi frumentum a conciliis, & ciuibus id volentibus, ſeruatis ſeruandis, quoad cetera in rebus iure noſtro retrahi permiſſis conſanguineis, *argument. l. 75. Tauri, quæ hodie eſt l. 14. titul. 11. lib. 5. noua collect. Regiæ,* vbi deciditur: *Que el comunero que quiſiere ſacar la coſa comun por el tanto, ſea obligado conſignar el precio en el tiempo, y termino, y con la diligencia, y ſolemnidades de la manera que la pudiera ſacar el pariente mas propinquo, quando fuera de ſu patrimonio, y abolengo, &c.* Diximus *lib. 2 practic. quæſt. 164. per totam.* Ergo cum hæc ſit tertia ſpecies, in qua prædicta l. Regia 18. conciliis, & œconomis horreorum publicorum conceditur ius retrahendi frumentum, videtur, quod in hoc tractatu; ſicut in ceteris habeant locum omnia diſpoſita in illis, *argum. d. l. 75. Tauri.* Quæ ſi non expreſſit noſtrum caſum, fuit, quia tunc temporis non erat deciſus, ſed poſtea habentibus temporibus fuit introductus retractus hic frumenti in fauorem Reipublicæ illius loci, vbi frumentum colligitur, & non eſt nouum, vt leges poſteriores ad priores pertineant, *vt in l. non eſt nouum, & in l. ſed, & poſteriores. ff. de legibus:* Quid tenendum?

Et quidem in praxi video ſeruari opinionem priorem Matienci, per literam expreſſam dictam leg. 18. ibi: *Que no eſtuuiere comprado:* Et ita ſæpe vidi: *Que ſe dan ſobrecartas en Conſejo Real en fauor de los Concejos, y alhondigas, y ſus Mayordomos, que tienen comprado pan en otros lugares de eſtos Reynos, para que ſin embargo de ſu reſpueſta a las primeras cartas en que va inſerta la ley veynte y ocho de eſte titulo, diziendo, que tienen neceßidad del pan que han tomado, o embarga para ſus alhondigas, por ſer grande la falta, y eſterilidad, que ay de pan: y que eſto tomado, y embargado, ſe cogio en ſu diſtrito, y territorio, para que lo dexen ſacar libremente para los pueblos para donde eſtaua comprado primero.* Et hoc ita vidi hoc anno pronuntiari, & decerni in conſilio Regali contra hanc ciuitatem, & concilium Ciuitatenſ. in fauorem ciuitatis Placentiæ, eiuſque horrei publici, & prius ſæpe: eſtque conforme literæ dictæ l. 18. Quæ lex cum conceſſerit hoc priuilegium retrahendi frumentum horreis publicis, iiſque œconomis pro eodem pretio, nec ſit alia, quæ hoc idem expreſſe præcipiat, ſeruanda videtur ad literam, cum ſuis qualitatibus, & requiſitis, nempe vt tantum hoc liceat in caſu ab ea permiſſo, & non alias, ſcilicet, quando concurrerent concilium ipſum cuiuſcunque populi, & perſona priuata: Secus vero alias cum iam frumentum ſit emtum a perſona priuata, vel ab alio concilio a fortiori, quia non eſt lex, quæ in hac ſpecie permittat retractum, ſed potius dict. l. 18. contrarium probare manifeſte videtur in verbis ſupra relatis, quæ cum quodammodo videatur auferre libertatem dominis frumenti, vendendi id, quibus voluerint, licet ex cauſſa publicæ neceſſitatis ante venditionem præferatur in emtione eiuſdem concilium, ſi cum priuata perſona concurrat: perfecta tamen iam venditione citra concurſum, reſtringenda videtur, & non extendenda, vtpote contra ius commune, *argum. l. dudum. C. de contrahend. emt.*

*Pero porque aunque es verdad, que eſto anſi ſe ha hecho, y practicado muchas vezes, otras ſe hecho lo contrario, conforme a la extrema, o grande neceſsidad de los pueblos adonde ſe coge el trigo: y tambien ſe ha viſto, que ſe da licencia para que ſe pueda ſacar cierta parte del pan comprado, y que lo demas quede para la prouiſion del pueblo donde ſe cogio, por manera, que conforme a los tiempos, y a la neceſsidad de los pueblos, el Conſejo con ſu mucha prudencia regula, y arbitra en eſto lo que ſe deue, y conuiene proueer, como a quien pertenece el gouierno de todo el Reyno: y anſi conforme a eſto, vnas vezes dan ſobrecartas para que ſe ſaque todo el pan comprado, y ſe lleue para donde ſe compro dentro del Reyno, y otras vezes ſupplicando la ciudad, villa, o lugar de adonde ſe pretende ſacar, y informando el Corregidor de la vrgente neceſsidad de ſu Prouincia, ceſſa la ſaca: y otras ſe veda vn medio, proueyendo a todos los pueblos, mandando que ſe dexe ſacar cierta parte de lo comprado, y lo demas no: como lo referimos en la ſegunda queſtion antes deſta: y anſi el retracto del dicho pan, de que vamos tratando, ſe puede hazer, y ſe haze, quando ay grande, y eſtrecha neceſsidad publica, aunque ſea mucho deſpues, que ſe celebro la venta, como ſe ha viſto por experiencia en practica en los caſos arriba dichos, quando por la contradicion, y ſuplication de los pueblos, e informacion de las juſticias de ellos, ceſſa la ſaca, o de todo el trigo comprado, o de parte de el.*

2 *Parece † en los terminos de eſta nueſtra queſtion principal, que alomenos por derecho ſea verdadera, y equiſsima la opinion de Couarruuias, lib. 3. variarum reſolut. cap. 14. num. 6. verſicul. 4.* vbi præmiſſa ſententia, de qua diſſeruimus in quæſtione præcedenti, tenet eam tunc obtinere, cum ciuitas ipſa, apud quam frumentum exſtat e propriis agris collectum, ſtatim, per paulo poſt venditionem cum exteris conuentam intra breue tempus boni viri arbitrio iure prælationis frumentum ipſum velit emere, ac de emtione ipſa conteſtetur, etenim tunc præferendi ſunt ciues exteris, dato eodem pretio, quod exteri conſtituerant: At ſi ciues hoc iure prælationis ex interuallo per venditionem primam vti vellent ob annonæ inopiam, opinatur, ciues fore adhuc admittendos, & exteris præferendos, modo pretium eo tempore iuſtum communi hominum æſtimatione exteris ſoluendum offerant, etiam ſi id ſit maius, quam quod exteri pro frumento dederant: vt colligitur ex Ripa *in l. 1. colum. vltim. ff. de priuil. credit.* quam opinionem ſequuntur Mexia *in pragmatica taxa panis, concluſ. 5. num. 113.* & Azeued. *in d. l. 18. num. 4. in fin.* & Bobadilla *en ſu Politica de Corregidores, lib. 3. cap. 3. num. 56.* Sed hoc vltimum ego in praxi non video obſeruari, ſed quod indiſtincte in vtroque caſu, quando ſiue ſtatim, vel multo poſt emtionem frumẽti ab exteris factam, ciuitas vel oppidum, in quo frumentum colligitur, præfertur in eo capiendo, & retinendo pretium, quo conſtitit, tantum ſoluat, tametſi iuſtum foret vt ſaltem expẽſas inſuper ſolueret, cauſatas exteris, quibus certum eſt, pretium augeri, quãdo Reſpublica multum pro vẽditione retractum frumenti prætenderet, iuxta tradita alias in materia regularis retractus.

SVMMARIA.

1 *Debitores tritici, olei, vel alterius generis frumenti, an tempore ſterilitatis panis, quo emendus non reperitur teneantur præciſe in tritico, &c. ſoluere iuxta formam contractus, &c. vel an ſatisfaciant ſoluendo pretium in pecunia, iuxta taxam panis. n. 2. fundatur pars hæc vltima: ſed n. 3. contraria, eaque probatur: limitatur vno caſu. num. 7.*

4 *Difficultas excuſat debitorem ſpeciei a mora & pœna: ſecus debitorem generis.*

5 *Creditor agens ſuo frumento ſibi debito tempore penuriæ panis, poteſt illud in grano petere cum proteſtatione maioris valoris, qui ſibi eſt ſoluendus.*

7 *Legatum certi numeri amphorarum vini, ex eo, quod in tali fundo natum eſſet, non amplius valebit, quam in eo fundo natum ſit: ſecus ſi legentur decem pondo ex illo fundo.*

QVÆSTIO LI.

QVÆRO vltimo *in propoſito frumenti a tempore ſterilitatis, & penuriæ panis: quo emẽdus non reperitur in loco & confinibus populi, an debitores tritici, hordei, vel alterius generis frumenti Reipubl. horrei publici, vel aliorum creditorum priuatorum ex cauſſa venditionis, mutui, vel conductionis fundi, vel panifici, vel diſtributoris panis, œconomi, & patroni, qui ex teſtamentis, vel conſuetudine tenentur, caritatem, vulgo dictã, vel eleemoſynas in grano, vel pane cocto certis temporib. præſtare, teneantur præciſe in tritico, frumento, vel pane cocto adimplere, & ſoluere iuxta formam cõtractus, vel inſtitutionem memoriæ, & cauſſæ piæ, vel an ſatisfaciant ob prædictam ſterilitatem, & difficultatem ſoluendo in pecunia pretium taxæ panis.* 1

Quam † quæſtionem in terminis tangit, & reſoluit Mexia *in pragm. taxæ panis, concluſ. 7. num. 11. cum ſeqq.* vbi late probat partem affirmatiuam, nempe quod licet regulariter aliud pro alio, inuito creditore ſolui non poſſit, *vt in reg. iur. l. 2. §. mutui datio. vbi omnes D.D. ff. ſi cert. pet.* & debitor frumenti, ſeu hordei, aut alterius ſpeciei non ſatisfaciat ſoluendo ęſtimationem, vt ibidem probatur, & notant omnes Scribentes. Hoc tamen debet intelligi, quando frumentum, ſeu hordeum, vel illa ſpecies poteſt reperiri, & debitor poteſt eam ſoluere: ſecus autem ſi illam non habeat ſpeciem, nec reperiri poſſit, quia tunc poteſt pro ea ſolui æſtimatio, *vt poſt gloſſ. in d. §. mutui datio, verbo, non poteſt, omnes tradunt Doctores, & nuncupatim Paul. Caſtren. in d. §. mutui datio num. 6.* dicens, quod ſi debitor recepiſſet frumentum, & tempore ſolutionis non reperitur frumentum, vel non poſſet illud reddere, cogitur creditor recipere eius æſtimationem, *l. in re furtiua. ff. de condit. furt.* ampliat Mexia *num. 13.* etiam ſi frumentum ſolui poſſit, ſed tamen haberi nequeat, niſi pretio immoderato *ſecundum Purpurat. in d. §. mutui datio, num. 97. per text. in l. non dubium eſt, in fin. ff. de legat. 3. ibi, quod dominus non vendat, vel immodico pretio vendat iſtam æſtimationem inferat.* & ibi gloſſ. communiter recepta notat, de re alia præſtanda grauatum, ſi eam habere non poſſit, vel difficulter haberi poſſit, teneri ad æſtimationem, vt ibi late probat, & tandem inquit Mexia, quod iam non ſemel habuit in praxi in ſpecie illius pragmaticæ, & ſecundum eius taxam creditoribus fuit ſatisfactum. Idemque probat Mexia *num. 14.* in debitoribus Reipublicæ frumenti & panis cocti: *Del poſito, y de lo que ſe ha de dar por charidad, y limoſna a los pobres, aunque dize que eſtos hazen mal, y contra conciencia, no lo dando en pan concido, como eſtan obligados, como tambien lo tiene Ripa, in tractat. de peſte, titul. de remed. ad præſeru. vbert. num. 147. & Franc. March. deciſion. 140. colum. 1. in 1. part. & Bobadilla num. 47.* in loco ſtatim citando: *Pero que cumplen en juſticia, con darlo a dinero a como ſe vende lo del poſito, quando no ſe halla pan concido, o ſe vende por precio exceſsiuo immoderado, como lo prueua largamente en el num. 15.*

Ego † vero ſemper male ſuſpicatus ſum de hac opinione, ac proinde in præmiſſa ſpecie contrariam omnino in ſupradictis caſibus cenſeo eſſe tenendam, nempe prædictos debitores teneri ſoluere: *En trigo, ceuada, centeno, abena, o en pan cocido:* iuxta formam, & verba cõtractus, vel diſpoſitionem teſtatoris, quæ ſunt inſpicienda, & obſeruanda præciſe ad vnguem, quandoquidem ita indiſtincte, & generice ſunt obligati ab initio. Ergo ita tenentur adimplere iuxta mentem, & legem conuentionalem partium, vel teſtatorum, & fundatorum, quib. licuit tempore traditionis rei ſuæ quæcunque pacta, & conditiones adiicere (iuxta a nobis tradita *conſil. 1. n. 1. & conſ. 2. n. 1.*) *vt in l. in traditionib. ff. de pact. cum ſimil.* Deniq; nihil tam fidei humanæ congruum, quam vt pacta cuſtodiantur. *l. 1. ff. de pact. tex. in c. 1. & cap. qualiter in Sardinia. eod. tit. in Decretalib. cum ſimil.* & ſi aliud diceremus, non ſolum contra mentem, & conuentionem patrum fieret, ſed etiam contra ius naturale, quod habet, vt pacta cuſtodiantur *vt in dd. iurib.* & præterea, creditores alias non credituri diſpoſitione iuris deciperentur, quod minime iuſtitiam permittere fas eſt dicere. 3

4 Neq. † obſtant fundamenta partis contrariæ, nempe quod difficultas excuſat debitorem a mora, & pœna, ita vt ſolutione pretii, vel eius, quod intereſt, liberetur. Hoc namque verum eſt in obligationibus faciendi, tradendi aut ſoluendi aliquam ſpeciem, vel rem certam in ſpecie, veluti aliquem certum equum, ſeruum, vel aliã rem ſigillatim. *l. quod te mihi. & ibi D.D. ff. ſi cert. petat. l. ſtipulationes non diuiduntur 27. verſ. Celſus, & l. continuus. 137. §. illud. ff. de verbor. oblig. l. ſi vehenda. §. idem iuris ff. ad l. Rhod. de iact.* & communis opinio ſecund Iaſ. *in d. l. vinum. ff. ſi cert. petat. Couar. lib. 2. miſcel. c. 3. & Bobadill. qui præd. refert, en ſu Polit. de Corr. g. lib. 3. c. 4. num. 72.* non vero difficultas liberat ab obligatione generis, veluti pecuniæ, tritici, aut alterius frumenti, lanæ, vini, olei, & aliarum rerum conſiſtentium in pondere, numero & menſura: genus enim non poteſt perire. *l. incendium. C. ſi cert. petat. d. §. illud. Bartol. & D.D. in d. l. quod te mihi. Abbas & D.D. in cap. breui. de iure iuran. Couarru. in c. quamuis pact. m. 2. part. §. 3. num. 4. de pact. in 6. l. 10. titul. 1. part. 5.* Et nuncupatim in debitore canonis frumenti vrbis Romę, quod non poſſit mutari, nec reſcriptum ad id impetratum valeat, aut a iudice vſurpatur, probat expreſſe *l. 3. C. de canon. frument. vrb. Romæ lib. 11.* Nulla igitur difficultas ſufficit ad hoc, vt creditor frumenti inuitus cogatur ſuſcipere ſolutionem eius in pecunia, vel aliud pro alio. *l. ſi quis ſtipulatus. ff. de ſolution. l. 2. §. mutui datio ff. ſi cert. petatur, d. l. continuus. §. illud. & l. 1. C. de fabricenſ. lib. 11. l. promiſſor. §. fin. ff. de conſt. pecun. late Duenas in reg. 159. Parlador. lib. 5. quotidia. quæſt. cap. fin. 5. p. §. 17. num. 16. cum ſeq.* Eſtque communis opinio, vt ex his, & aliis probat Bobad. *vbi ſupr. lit. F.* ex optima *l. 3. tit. 14. p. 5.* vbi: *Que deue pechar el daño, e el menoſcabo que vino, por razon, que no fizo aquella coſa, aſsi como prometio.*

5 Non † etiam obſtat opinio Paul. Caſtren. *vbi ſupra,* & ſequacium tenentium contrarium, quia debet intelligi, quando creditoris non magis intereſſet frumentum, quam pecuniam ceterum: *Si tuuieſſe de ello neceſsidad para la prouiſion de ſu caſa, o para cumplir con otras obligaciones, o nieſſe de traerlo comprado de otras partes, entonces regularſeha el precio, ſegun el trigo que eſta traydo del lugar mas cercano adonde ſe va a comprar al tiempo de la paga, o ſi el trigo fueſſe del poſito de obras pias, o publicas, que ſi empreha de eſtar en pie, y en eſpecie.* In his caſibus proteſtari poteſt contra debitorem maior valor, cum informatione, & citatione debitoris facta coram iudice, vel teſtimonio tabellionis publici pretii, quo venditur frumentum: *Con los portes,* & iudex debet debitorem in eo condemnare ratione damni emergentis, vt in terminis probat Bobadilla *vbi ſupr. num. 73.* vbi quid de lucro ceſſante, & probat *d. l. 3. & l. 8. titul. 1. part. 5. E ſi por auentura no tuuiere de que, dele otro tanto, a tal como aquello que le fue preſtado, deuele dar tanto precio, porende quanto montare, e valiere aquello que le preſſo, e deue ſer contado ſegun valiera otra tal coſa como aquella que fue preſtada en aquella ſazon, e en aquel logar do la ouo de pagar:* Et in terminis noſtræ quæſtionis principalis, ita tenet & probat cum aliis ex ſuprad. Bobad. *vbi ſupr. num. 72. cum ſeqq.* dicens, hoc eſſe magis iuridicum: *Y que anſi lo ha ſentenciado, y veſto ſentenciar contra la primera opinion de Meixa, que reprueua:* Sed & meo iudicio ante ipſum, hanc eandem ſententiam tenuit & probauit Roder. Suarez *in l. poſt rem iudicatam, in declaratione legis Regni ad fin. repet. in verſ. quaritur vlterius. n. 1. & 2. ff. de re iud. fol. mihi 362.* vbi reſoluit, quod in exſecutione inſtrumenti, in quo continetur debitum vini, olei, vel frumenti, creſcit æſtimatio harum rerum, vſque ad exſecutionem, & quod ita ſeruatur in hoc regno. & licet non loquatur tempore penurię panis, idem tamen eſt in ſpecie noſtra, quia genus non poteſt perire, vt probauimus præcipue attentis prædictis legibus Regiis.

Limitandum † tamen eſt præcedens tenenda ſententia in debitore frumenti, olei, vini, vel alterius fructus, ex certo quodam fundo colligendi: nam ſi illo anno frumentum, vel fructus non colligantur, non tenetur illud ſoluere propter difficultatem & impoſſibilitatem ſolutionis, tunc enim genus illud, cum ſit reſtrictum ad certum fundum, habetur loco ſpeciei, ac proinde, ea deficiente, liberatur pro illo anno, vt probat text. expreſſus *in l. ſi debitor 39. verſic. veriſimile ff. de contrahen. emt.* vbi inquit lex, quod qui fructum oliuæ prudentis vendidit, & ſtipulatus eſt decem pondo olei, quod natum eſt, pretium conſtituiſſe ex eo, quod natum eſſet vſque ad decem pondo olei: idcirco ſolis quinq; collectis, non amplius emtor petere poteſt, quam quinque pondo olei, quæ collecta eſſent, vbi gloſſ. verbo, *ex eo quod natum,* inquit hoc eſſe, quia hęc verba, quod natum erit, cauſſam taxationis obtinent, *vt in l. 5. ff. de tritic. vino, & oleo leg.* quæ lex incipit, *cum certus.* Et † decidit, quod cum certus numerus amphorarum vini legatus eſt, ex eo quod in fundo Semproniano natum eſſet, & minus natum eſſet, non amplius debetur, & quaſi taxationis vicem obtinere hęc verba *quod natum erit:* & ibi gloſſ. *verbo, taxationis,* id notat, dicens: ſecus eſſe ſi dictum eſſet, decem pondo ex illo fundo, tunc enim exſpectatur, *vt in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig.* vbi inquit text *ſi ſtipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, exſpectare debeo, donec naſcatur, & ſi natum ſine culpa promiſſoris, conſumtum ſit, rurſus exſpectare debeam, donec iterum naſcatur, darive poſſit, & per has vices, aut ceſſaturam, aut valituram ſtipulationem,* & ibi gloſſ. verbo, *centum amphoras,* inquit, non adiiciendo, quod ibi natum erit, vt in iuribus ſupra allegatis, nempe *d. l. ſi debitor. §. veriſimile: & d. l. cum certus,* quam gloſſam ſequitur ibi Bart. *num. 5.* bene declarans: & eſt communis ſecundum Iaſ. *ibi num. 27. Vincent 30.* dicit communem Zaſ. *lib. 1. reſponſ. c. 4.* eſſe erroneam, quia conditio non taxat, ſed ſuſpendit, ſed loquitur contra tex. *in d. l. cum certus,* ibi: *& quaſi taxationis vicem obtinere hæc verba, quod natum erit.* Conſtat igitur ex ſupradictis, quod vendens, vel grauatus dare decem pondera olei, vini, vel frumenti, quod naſcetur ex tali prædio, non obligatur dare plus, quam ex eo naſcatur, ſecusq; eſſe, ſi ſuã obligationem, non reſtrinxiſſet præciſe ad ex illo fundo naſciturũ, vt in terminis ex prædictis iurib. tenet & probat Nauarr. *lib. 3. conſ. tit. de prab. conſ. 32. n. 1. & 5.* Genus enim non poteſt perire. *vt ſupr. dicebamus.* 6 7

SVMMARIA.

1 *Famulus recedens a domino ſine eius licentia ante tempus ſeruitij conuentionis completum, & alij inſeruiens punitur pœnis. l. 2. tit. 20. lib. 6. noua collect. Reg.*

2 *Salarium temporis præteriti an debeatur famulo diſcedenti a ſeruitio domini, abſque eius culpa, ante tempus ſeruitij completum? quod non: ſed num. 3. probatur contrarium. & quid ſi culpa domini receſsit ab eius ſeruitio? num. 11.*

4 *Dominus poteſt compellere famulum a ſuo ſeruitio ante tempus completum diſcedentem, vt illud compleat: & in hoc caſu poteſt procedi ad capturam.*

5 *Dominus expellẽs famulum a ſuo ſeruitio ante tempus com-*

*pletum, tenetur illi ſoluere ſalarium totius temporis, niſi famulus alij ſeruierit: ſed diſtinguitur num. 9.*

6 *Domino mortuo ante tempus ſeruitij famuli completum, debetur eidem integrum ſalarium, dummodo alij non ſeruierit, ſed contrarium ſeruatur, vt in num. 7. & 8. ſaluatur prima opinio quodam caſu, hoc eſt, quando famulus abſque ſui culpa non reperiret alium dominum, cui ſeruiret.*

10 *Famulus non videtur liberatus a ſeruitio domini, eo quod dominus iratus eum expelleret.*

12 *Salarium an ſit ſoluendum famulo pro tempore infirmitatis? & num. ſeqq. pars negatiua probatur, & limitatur num. 14. & 15.*

14 *Famulus an poſſit offerre ſeruire domino tempus, quo exſtitit infirmus?*

16 *Dominus an poſſit recuperare expenſas, quas fecit cum famulo infirmo? eidemque eas imputare? diſtinguitur, an magnæ, vel paruæ ſint?*

### In l. 2. tit. 20. lib. 6. Nouæ Collect. Regiæ.

### QVÆSTIO LII.

QVÆRO circa *l. 2. tit. 20. lib. 6 nouæ collect. Reg.* qua certis quibuſdam pœnis puniuntur famuli, qui a dominis ſine eorum licentia diſcedunt, & aliis inſeruiunt, 1 quod † praxis communis accepit, quoties ante tempus conuentum completum, famulus a domini ſeruitio ſine eius licentia receſſit: non vero quoties tempus conuentum ad ſeruiendum eſt completum, tunc enim libere poterit in miniſterium alterius domini ingredi, prout ita ſemper intellexi obſeruari. Et de praxi communi teſtatur D. Azeued. *hic in princ. & num. 1.* & probatur ex eadem l. circa fin. ibi: *No auiendo acabado de ſeruir el tiempo que puſieron: los quales puedan ſer compellidos a acabar de ſeruir el dicho ſueldo, y tiempo: e yendoſe antes, ſe pueda contra ellos proceder a las dichas penas, aunque vaya fuera del lugar, o aſiente en el a oficio.*

2 An, † *ſi famulus deſerat dominum abſque eius culpa ante tempus ſeruitij completum, debeatur ei ſalarium temporis præteriti, quo ei ſeruiuit?* Hæc namque lex hoc non aperit, nec de eo loquitur.

Et in hoc Ioan. Oroſc *in l. diem functo n. 14. col. 515. de officio aſſ. ff.* tenet eſſe veriorem, & æquiorem opinionem, *l. fori 8. tit. 4. lib. 4 for. legum.* nullum famulo in hac ſpecie, etiam pro tempore, quo ſeruiuit, deberi ſalarium, ſicut nec pro tempore futuro, *ſequitur Didac. Perez in d. l. tit. 2. lib. 1. ordin. col. 63 in princ. & D. Azeuedo in l. 9. titul. 15. lib. 4. huius nouæ collect. Reg. num. 14.* vbi inquit hoc procedere maxime attenta hac noſtra l. 2. dum punit famulos pœnis, de quibus in ea, a dominis abſq; eorum licentia recedentes.

3 Verum † hæc opinio mihi nunquam placere potuit, nec nunc placet, ſed obſeruo, eam tantum procedere data obſeruantia, & vſu d. l. fori, non alias, tam in foro exteriori, quam interiori animæ, niſi dominorũ aliquid vere interſit, ipſos non fuiſſe deſertos ante tempus ſeruiendi conuentum impletum: leges enim fori non ligãt, niſi probato earum vſu, *vt diximus lib. 2. pract. quæſt. 93 n. 2.* & in terminis dict. l. 8. tenet idem Azeued. *vbi ſupra, num. 26.*

Secundo conſidero, hanc legem noſtram nihil facere pro prima opinione ſupradicta, imo contra ſupradictos Auctores induci poteſt, dum nõ impoſuit pœnam *d. l. fori*, ſed imo alias nouas, forſan quia iniquum eſſe videret legiſlator, famulos, qui vt plurimum, pauperrimi eſſe ſolent, ſudore ſuo, atque propria mercede fraudari, dominum vero locupletari cum iactura aliena, dicente domino, *dignus eſt mercenarius mercede ſua.*

Nec l. *qui operas, ff. locati.* contrarium probat reſpectu ſeruitii iam impenſi. † Poterit autem dominus 4 compellere famulum, vt compleat tempus ſeruitii conuẽtum, quia obligatio prædicta fuit valida: potuit enim locare opera ſuas, *vt in l. in operis, & d. l. qui operas. ff. locati. cum ſimil.* Et in hoc caſu poteſt procedi ad capturam pro implemento, *vt tradit Auiles c. 17. Prat. in gloſſ. Meneſtrales, num. 16.*

Tertio † obſeruo, quod ſi dominus expellat famulũ, ante tempus cõuentum impletum, famulus poterit petere ſalarium integrum pro toto tempore conuento ad ſeruiendum, dummodo alii domino poſt expulſionem non ſeruiat, *ex gloſ. in d. l. operas, ſecund. Didac. Perez vbi ſupr. d. col. 63. in princ. & Azeued. n. 12.* vbi quod ſi alii ſeruiret pro illo tempore, quo alii ſeruiret, nihil a priori domino percipiet, ſi a ſecundo domino mercedem recepit, vt probatur *in l. ſed addes. §. fin. ff. locati.* † Sicut & mortuo 6 domino, in cuius ſeruitio quis exſtitit, debetur tali ſeruienti totum ſalarium, ſi alteri operas ſuas non locet, *ſecundum Caſſador. deciſion. 1. de locat. & conduct. & Decium in d. l. diem functo num. 13. & Oroſc. ibi num. 13 col. 514. in fin.* vbi ipſe inquit, quod faciet pro animę ſuę bono teſtator, ſi ſub ea conditione integrum anni illius ſalarium cuiq; relinquat, quos refert, & ſequitur D. Azeuedo, *vbi ſupra, num. etiam 13.*

Ego † vero in hoc vltimo contrarium extraiudicium 7 video obſeruari communiter, nempe, vt decedente domino ante tempus ſeruitii famulorum completum, eiſdem ſoluatur ſalarium pro rata temporis ſeruitii impenſi, niſi eis aliquid dominus amplius legauerit. Et facit pro hac ſententia *l. 9. tit. 8. partita 5. in verſicul. Eſſo miſmo:* dum hoc vult in caſu conuerſo, nempe: *Quando los meneſtrales que pleyteaſſen algunas obras, e prometieren de las cumplir por precio cierto, que ſi murieren antes que las acaben, deuen auer ſus herederos aquello que ouieren mercido ellos, e non mas.*

Poterit † tamen præcedens ſententia obſeruari, quã 8 do famulus non reperiret abſque ſua culpa alium dominum, cui ſeruiret, pro reſiduo tempore conuento, quod ſupereſt implẽdum: tunc enim non video, cur mors domini ei nocere debeat, cum præceſſerit contractus locationis, & conductionis, qui iure ad heredes tranſit, *vt in l. viam veritatis, C. de locat. & ibi gloſſ* & communiter Doctores, text. *in §. final. Inſtit. de locat. l. 2. titul. 8. partit. 5. ampliat Anton. Gomez de locat. num. 7.* etiam ſi talis contractus conſiſtat in facto, vel artificio, explicando a conducente, niſi ſit tale, quod cohæreat perſonæ, & per alium non poſſit explicari, textus ſingularis *in l. veteris, C. de contrahend. & committend ſtipul.* & ibi commun opinio.

Maxime † tamen intereſt, an conuentio ad ſeruien- 9 dum fuerit facta ad tempus certum, præciſe ſeruiendum, an vero ad rationem tãti ſalarii pro ſingulis menſibus, vel pro anno? Priori namque caſu, illud tempus certum in conuentione deductũ eſt præciſe adimplendum, alias procederent ſupradicta. In ſecundo vero caſu aliud eſt, quia tunc mẽſe quolibet, vel anno impleto, poteſt famulus deſerere licite dominum, & ipſe dominus famulum, quia conuentio ad aliud non obligauit: Imo video in hac ſecunda ſpecie obſeruari, vt dominus inuitus hoc exſpectare nõ ſoleat, ſed famulum expellit, quando vult, & ſoluendo ei ſalarium temporis, quo ſeruiuit, liberatur. 10

Quod † ſi dominus iratus expellat famulum, qui debebat ſeruire per annum, non intelligitur famulus liberatus, *ſecundum Syluam nuptia. lib. 6. num. 49. ad finem.* quod eſt notandum ad noſtram hanc legem ſecundam, quod vulgus aliud cenſet. *ſecundum Azeued. vbi ſupr. n. 25.* vbi *num. 27.* quod ſi famulum redeuntem dominus poſt expulſionem, quocunque modo factam, recipere nolue-



rit, totum ei ſoluet ſalarium, quia non per famulum ſtetit, *vt in dict. l. qui operas, & in l. ſed addes. §. final. ff locat.*

11 Quarto † obſeruo priorem opinionem, de qua ſupra, procedere non poſſe abſque vllo dubio, data domini culpa, puta, quia dominus male tractat famulum, vel ei alimenta non adminiſtrat conuenienti modo, ſecundũ qualitatem perſonarum, & ſeruitium impenſum, vel pactionis fidem non ſeruat, *ſecundum Montal. in d. l. 8. in gloſ. ſin ſu culpa:* & idem fatetur cum eo Azeued. *vbi ſupr. ſub num. 14. & 15.*

12 Sed † iam nobis obuiam fit quæſtio illa: *an famulus infirmus, pro tempore quo exſtitit infirmus, debeat habere ſalarium?* In qua gloſſ. *in l. arboribus. §. de illo verbo, ægrotaute, ff. de vſufruct. & quemadmodum quis vtatur.* tenet partem affirmatiuam, quia infirmus famulus ſeruire videtur, *vt ibi*, & in aliis iuribus a gloſſ illa citatis, cuius opinionem communem eſſe ex Imola D. Couarru. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 8.* licet eam non ſequatur, & eam ſequitur Ioan. Oroſcius *in dict. l. diem functo, num. 16. & 17. colum. 515. ff. de officio aſſeſſ.* eandem probat Didac. Perez *vt ſupra, colum. 63. ad fin.* & probare quoque videtur Celſus in ſuo Repertorio legum Regni, *verbo, enfermo, verſicul. 6.* dum dicit tempus infirmitatis pro ſeruitio haberi.

13 Contrariam † tamen ſententiam probauit Bart. per text. ibi: *in d. l. ſi vno. §. item cum quidam. num. 8. ff. locat. & ibi alij Doctores. Curtius in d. l. diem functo. num. 7. Anton. Gomez in 2. tom. variar. reſolut. cap. 3. num. 3. D. Couarr. lib. 3. variar. reſolutio. cap. 13. num. 8. in princip.* vbi quod apparet verior & eſt communis *ſecundum Abbat. in cap. 1. num. 9. de cleric. ægrot.* dicit communem, alios referens Sylueſter *in ſumm. verb. familia, num. 4.* & Bart. in hoc eſt communiter approbatus *ſecundum Oroſc. vbi ſupra,* licet ipſe primam teneat, ſed hanc ſecundam tenendam credit, vt veriorem, & in practica receptum, D. Azeued. *in d. l. 9. num. 19. titul. 15. lib. 4. nouæ collect. Regiæ.* & contra priorem opinionem gloſſæ facit *l. 7. titul. 2. partita 5. vt ibi notat Gregor. Lopez in gloſſ fin. verſicul. & facit, & Azeued. vbi ſupra, num. 17.* qui addit etiam pro eadem parte, *l. 9. in fin. titul. 3. partita 5.* dum ibi dicitur, tantum pro tempore quo famulus ſeruiuit deberi ſalarium, ſi durante tempore conuento ad ſeruiendum decedat: lex enim illa dicit: *Que deuen auer ſus herederos aquello que ouieren merecido los meneſtrales, e no mas:* Sed & facit *l. 44. tit. 14. partit. 5.* quæ expreſſe agit de impedimento ægritudinis contingentis in perſona nuntii miſſi ad negotia, quam citat in propoſito Couarru. *vbi ſupr.* Quare hanc ſecundam opinionem abſque dubio probo, niſi aliud habuerit conſuetudo, quam eſſe obſeruandam inquit Syluester *vbi ſupra.*

14 Si † tamen famulus poſtquam conualuerit ex infirmitate, voluerit tantum tempus ſeruire, quantum infirmus fuit, poſſet quidem hoc facere, ac proinde eſſet ei pro illo tempore ſoluendum ſalarium, & hoc caſu procederet prima opinio contraria, ſecundum Montal. *in d. l. 8. gloſſ. final.* & ita fieri vidi ſæpiſſime, & tenuit etiam Rebuff *in concord. Reg. Franc. 2. part. titul. de collat. §. 1. verbo, impedimento ceſſante, & deciſ. Capell. Tholoſ. 319.* Et ita quoque ſe vidiſſe quotidie practicari, contra Bartol. & Iaſon. tenentes contrarium affirmat Azeued. *in dict. l. 9. num. 21.* Vbi hoc verum intelligit, quoties idem ſeruitium eſſet faciendum per famulum infirmitate ſublata, quod faciendum erat tempore infirmitatis, vel aliud æquiualens, ita quod damnum domino non redundet: ſecus vero ſi tempore infirmitatis erat ſeruiendum in aliquo officio, quo opus nõ habebat dominus infirmitate ceſſante, tunc enim non eſſet dominus compellendus per famulũ ad ſeruiendum tempus illud, quia ceſſat iam cauſſa, ad quam dominus illum recepit, quo caſu inquit loqui Bart. ſupra in cõtrarium allegatum per Iaſ. *in d. l. diem functo, num penult.* & quod ſic concordari poſſent dictæ opiniones.

Limitat † ſecundo Azeued. *vbi ſupr n. 19. ad fin.* ſi famu- 15 lus ipſe infirmus exſiſtens alium dediſſet famulum æque idoneum, qui pro tempore infirmitatis domino ſeruiret, ſicut ipſe ſeruire debebat: tunc namque eſſet famulo infirmo ſoluendũ ſalarium pro tempore infirmitatis, vt colligitur ex *d. l. 9. in fin. & ibi Greg. Lopez, tit. 8 partit. 5.* Licitum enim ei fuit per ſubſtitutum, æque idoneum ſeruire, durante illo tempore infirmitatis *ſecundum Oroſ. vbi ſupra, num. 17.*

Expenſas † autem, quas fecit dominus in curando fa- 16 mulum infirmum, ita demum recuperare poterit, & imputare famulo, ſi magnæ ſint: ſecus vero ſi ſint paruæ, & moderatæ, quia eas ei dominus tenetur gratis exhibere, *Bartol. in l. ſi cum dotem, §. ſin autem, ff. ſoluto matrimonio, & in l. in rebus, §. poſſunt. ff. commod. Abbas in dict. cap. 1. & Syluester, & Couarru. vbi ſupra. verſicul. tenetur tamen. & Azeued. num. 19. Gregor. Lopez in l. 7. titul. 2. partit. 5.* gloſſa vnica, ſic intelligens, l. illam, addens relinqui arbitrio iudicis, quæ dicatur quantitas magna, vel parua, prout alias in expenſis factis ab vſufructuario regulare eſſe probat Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 3, caſu 215. num. 8.*

# IN LIBRVM SEPTIMVM nouæ collectionis Regiæ.

## SVMMARIA.

1 *Statuta ciuitatis, vel villæ an egeant confirmatione Regia? late diſcutitur per totam quæſtionem, defenditur opinio affirmatiua, ſed hæc non procedit in his ſtatutis, quæ a tempore antiquo ſunt obſeruata, vt in numero 6. & in ſtatutis Eccleſiarum huiuſcemodi, vt in num. 7. & in ordinationibus,* de buena gouernacion, *ſuper victualibus. vt in num. 8.*

3 *L. 8. tit. 1. lib. 7. nouæ collect. Regiæ intellectus.*

4 *L. 4. tit. 14. lib. 8. nouæ collect. Regiæ intellectus.*

5 *L. 54. tit. 5. lib. 2. nouæ collect. Reg. intellectus.*

### In l. 8. tit. 1. lib. 7. Nouæ Collection. Reg.

### QVÆSTIO LIII.

QVÆRO circa *l. octauam, titul. 1. lib. 7. nouæ collection. Regiæ: an ex eius litera, & deciſione ſit tenenda opinio, quam iam his in noſtris ſcriptis probauimus, nempe, quod ſtatuta ciuitatis, vel villæ egent confirmatione Regia, & interim non ſunt exſecutioni mandanda.* vt late docuimus *in noſtro tractatu de iuramento confirmat. 1. part. cap. 38. num. 1. & 2.* & nouiſſime *libro tertio practicar. quæſtion. 23. per totam.* 1

Dubium namque cuipiam facerent contra eam iam pridem adducta a noſtro conciue Auezedo in præſenti per totam legem, vbi licet non nos citet, citauit tamen *in l. 14. tit. 6. lib. 3. nouæ collect. Reg.* nunc vero valde ſtomachatur, atque inuehitur aduerſus Ioan. Garſ. qui noſtrã probauit contra ſe priorẽ ſententiam, affirmans, totum mundũ reſpondere non poſſe huic l. 8. quæ eſt expreſſa pro ſua opin. & qui prius *in d. l. 14. n. 6.* dubius in ea ſe habuit, dicens, quod hæc de confirmatione merito conſideranda & cogitanda ſunt, quantum difficilia, & d. l. 8. multũ vrget pro contraria opinione, & ſic pro noſtra: Nunc vero in præſenti *n. 3. cum ſeqq.* maturius rem cõſiderans (vt ait ille) contrariam nobis ſententiam, vt veriorem amplectitur, & proculdubio ſequitur, teſtatus eſſe cõmunem,

vt etiam nos profeſſi ſumus, quam neruoſe defendit, & limitat quatuor modis.

Monetur primo, reſpondendo noſtræ l. 8. ne probet noſtram, & Ioan. Garſiæ ſentẽtiam, deniq; adducit alias ll. Regias pro ſua & contra noſtrã opinionem. Reſponſio ad noſtram l. eſt quod loquatur in decretis, & ſtatutis ambitioſis, & præiudicialibus aliquibus perſonis, & ab eis contradictis, & quod per cõſequens in aliis non ambitioſis, & vbi contradictores deficiunt, lex noſtra 8. firmat regulam in contrarium. Et quod loquatur l. hæc 8. in ambitioſis, ex eo nititur ꝓbare, quod informationes fieri iubet ab his quorum intereſt, prout de iure citatio requiritur, quoties ambitioſa ſunt ſtatuta, *ex l. 1. & l. ambitioſa. ff. de decret. ab ord. fac.* Item quod ambitioſa dicuntur eo ipſo, ꝙ non apparent rationabilia, vel ſunt nimis gratioſa, *ſecund. Bald. in l. nulli. C. de ſent. & interloc. omn. iud.* Item quia in noſtra l. 8. nullum verbum adeſt diſponẽs, quod interim dum confirmantur non obſeruentur, & ſic remanet in diſpoſitione aliorum iurium. Ex quibus, inquit ille, tantum abeſt, quod l. noſtra faciat pro opinione Ioan. Garſiæ, & ſequacium, vt potius cõtra eum, & pro ſe faciat. Leges quas pro ſua opin. adducit ſunt. *l. 4. tit. 14. lib. 8. nouæ collect. Reg.* quam dicit expreſſiſſimam in illis verbis: *Y entre tanto vſen de ellas.*

Item *l. 14. tit. 6. lib. 3. nou. collect. Reg.* obſeruans eius verba finalia eſſe intelligenda ſub præſuppoſito illo, quod ſeruentur, quia quoties l. vnum diſponit, & alterum præſupponit ad hoc, vt locum habeat diſpoſitũ debet, prius verificari præſuppoſitum, ex gloſſ. ſing. & communiter approbata *in l. ſi mancipia. C. de ſeru. fugit.* & quod prædicta l. 14. eſt declaratoria l. noſtræ 8. vbi ibidem adnotauit additio marginaria, non vero dict. l. 14. ex noſtra l. 8. eſſe declarandam, vt exiſtimabat Ioan. Garſia, quem inquit male dixiſſe, tum ex illa additione marginaria poſita ſupra d. l. 14. Tum quia d. l. 14. eſt antiquior multo, d. l. 8. & præſertim, cum ea nihil meminerit, ſint ne interim obſeruanda ſtatuta necne, pendente dubio an confirmabuntur: & tandem inquit, quod l. 54. *tit. 5. lib. 2. nou. collect. Reg. & l. 4. tit. 14. hoc lib. 8.* expreſſiſſime ſunt pro ſua ſententia, & quod eis nec ipſe Ioan. Garſia, nec alius quilibet ſic reſpondebit, ſicut non reſpõdet d. l. 14. nec quod noſtram l. 8. iuridice intelligit, ſicq; cenſet ab eius opinione eſſe cauendum: Hæc in ſumma ille. Quid dicendum?

Ego profecto cum maxima amicitia coniunctus ſim ab ineunte ætate conciui noſtro, & hic tacerem, niſi mea intereſſet, cum bis iam probauerim contrariam ſententiam, cum qua cõcurrit praxis communis huius Regni, vt docui: & quia eius dicta ſunt contra meam ſententiã, tum vt eius veritatem, tum etiam vt honorem propriũ prouocatus ſaltem tacite defendam. Sicque ignoſcendus merito

2 Iterum, & † tertio affirmo, noſtrum de hac re iudicium eſſe, proculdubio tenẽdum in iudicando, & conſulendo, tum ex late adductis per me in prioribus locis, quæ maxime conducunt, eo præſertim quod in praxi ita communiter eſt receptum in Hiſpania, & quotidie dantur Regiæ prouiſiones in Conſilio Regio ad petitionem cuiuſcunque, vt noua ſtatuta non cuſtodiantur, niſi per dominos de conſilio videantur, & confirmentur, vt referunt Auctores per nos ibidem citati, cuius praxis & ipſe Azeuedo, & nos teſtes ſumus, quod ipſe negare non poterit. Quare igitur vult reſiſtere torrenti communi praxis, præſertim iure communi ſuffultæ.

Satisfaciamus ergo nunc motiuis prædictis Azeued. vt nullus ſcrupulus ſuperſit.

3 Ad † primum de reſponſione data ad hanc noſtram l. 8. quod loquatur in decretis, & ſtatutis ambitioſis, reſpondemus diuinare, cum ex noſtra l. id non conſtet, ſed potius loquitur generaliter, ibi: *Mandamos, que cada y quando que a las juſticias de las ciudades, y villas pareciere que cõuiene hazer algunas ordenãças para la buena gouernacion, &c.* Neque obſtant illa verba: *Con las contradiciones que ouiere,* quia reſoluuntur in conditionem, hoc eſt, *Si las ouiere:* Patet, quia ſi non adſunt contradictiones, nihilominus mittenda ſunt ſtatuta ad ſupremum Conſilium ad effectum, de quo in noſtra l. ſimul cum informatione fieri præcepta per hanc l. Hoc enim eſt, quod præcipue intenditur, præcipitur, & prouidetur a noſtra l. Illud vero de contradictionib. accidentaliter, & caſu ponitur in eum finem, ſcil. vt ſi aliquæ adfuerint, mittãtur ad Conſilium ſimul cum informatione prædicta, & ipſis ſtatutis, vt melius intelligitur, & prouideatur, quod ſeruari debeat: Neque quicquam præſtat, quod de iure citatio requiratur, quoties ambitioſa ſunt ſtatuta, quia hic nullum verbum de citatione, ſed de informatione, quæ fieri præcipitur quorumcunq; ſtatutorum de nouo faciendorum, nec hæc reſtringitur a noſtra l. ad ſtatuta, quæ non apparent rationabilia, vel quæ ſunt nimis gratioſa, ſed generaliter in omnibus ſtatutis de nouo faciendis diſponitur, quinimo præſupponitur eſſe vtilia, atq; neceſſaria, vt patet ex illis verbis: *Si ſon vtiles, y neceſſarias, y conuenientes,* alias de hoc nõ præciperetur fieri informatio. Cum ergo ea præcipitur fieri, præſupponitur huiuſmodi eſſe, vt patet ibi: *Pareciendo que conuiene hazer algunas ordinanças, &c.* Similiter conijcitur, non debere eſſe nimis gratioſa, quandoquidem inquit noſtra l. *Que cada, y quando que a las ciudades, y villas pareciere que conuiene hazer algunas ordenanças para la buena gouernacion, &c.* Sunt ergo de iuſtitia, & bona gubernatione, non vero gratioſa: Quo fit, vt nullo modo dici poſſit in ſtatutis non ambitioſis, & vbi contradictiones deficiunt, firmare l. noſtram regulam in contrarium, quia neque id exprimit, nec vllo modo innuit, ſed potius contrarium in ſua generalitate, & verbis vt ſupra expenſis. Nec obſtat, quod in noſtra lege nullum verbum adſit diſponens, quod interim, quod confirmantur, non debeant obſeruari, & ſic videatur hoc remanere in diſpoſitione aliorum iurium, quia huic dupliciter iam reſpondimus *d. lib. 3. quæſt. 23. num. 3. cum ſeqq.* Male igitur, vt patet, intulit conciuis noſter, legem noſtram potius facere contra opinionem Ioan. Garſiæ, & ſequacium, & pro ſe.

4 Ad † *d. l. 4. titul. 14. infra hoc lib. 8.* ibi: *Y entre tanto vſen dellas,* de qua facit magnum feſtum conciuis noſter, nihil præiudicat noſtræ ſententiæ: loquitur enim l. illa in caſu ſpeciali: *De las ordinãças de los oficiales para el vſu de ſus oficios porque conuiene, que vſen bien de ellos, y en ellos aya verdores, y para eſto manda aquella ley, que la juſticia, y Regidores de la ciudad, villa, o lugar vean las ordinanças, que para el vſo, y exercicio de los tales oficies tuuieren, y platiquen con perſonas expertas, y haganlas que fueren neceſſarias para el vſo de los dichos oficios, y dentro de ſeſenta dias las embien a Conſejo Real, para que en el ſe vea, y prouea lo que conuenga. y entre tanto vſen dellas.* Neque eſt eadem ratio in aliis quibuslibet ſtatutis factis a conciliis ciuitatum, & oppidorum, eorum ſtatum, & gubernationem concernentibus. Ergo a ſuo caſu extrahenda lex illa minime eſt, quod patet ex ſequentibus conſiderationibus.

Primo, quia lex illa loquitur in ſtatutis officialium circa vſum & exercitium ſuorum officiorum, quæ ſunt reuidenda ab ipſis conciliis, & facienda neceſſaria: noſtra vero quæſtio generaliter verſatur circa omnia ſtatuta de nouo facienda a conciliis circa bonam gubernationem populorum.

Secundo, quia eadem l. loquitur, & procedit in rebus neceſſarie concernentibus bonum regimen vniuerſitatis ſuper vtenſilibus, ad victum ſpectantibus, aliiſq; ſimilibus negotiis. Hæc autem confirmationem non requirunt ad ſui obſeruationem, ſed ſeruanda ſunt ſtatim, quia



quia confirmata ſunt ex propria naturali iuſtitia, vt *late deduximus dict. quæſtione 26. num. 17.* & nunc ſequitur nouiſſime Bobãdilla *ad finem huius cap. citandus.* & quod d. l. 4. loquatur in prædicta ſpecie patet ex ipſa, dum agit: *De las ordenancas de los oficiales, para que vſen bien de ſus oficios: porque como eſtos oficios neceſſariamente ſe ayan de vſar, y exercitar en el interim que las ordenancas eſtan en Concejo, y ſe veen, y prouee lo que conuiene, es meneſter, que los oficiales tengan ley, y orden aprouada por la ciudad, o villa de como los han de vſar, y por donde ſe han de regir, y gouernar: y que eſtas las hagan la juſticia, y Regidores de cada ciudad, y villa, o lugar, como ſu ſuperior, y que tengan penas, y ſe executen: porque de otra manera no podria auer orden, ni buen gouierno, haziendo los oficiales lo que quiſieſſen, y para eſſo ay Republica, y ha de auer concierto, y razon, anſi que la dicha ley quarta habla en aquellas coſas, que ſon neceſſarias, y forcoſas para el vſo de los oficios,* vt patet ibi: *Y haran las que fueren neceſſarias para el vſo de los dichos oficios: y con todo eſſo manda, que dentro de ſeſenta dias las embien al Conſejo para que en el ſe vean, y prouea lo que conuenga. Pero que en el entretanto vſen de ellas, y eſto por la razon dicha, como ſe dexa entender, conſiderando lo bien.* Et ita loquitur in his, quæ dilationem, & moram non patiuntur, ſed celeritatem requirunt, in quibus appellatio locum non habet: Ergo merito, quod pendente relatione in Conſilio Regali exſequi debeant, quia exſecutionem neceſſario exigunt.

*Pero nueſtra queſtion es general, y regular en todos los otros eſtatutos de las ciudades, villas, y lugares de eſtos Reynos, que aun que conuengan para ſu buena gouernacion: pero no traen conſigo la neceſſidad, o celeridad de ſu vſo de preſente, haſta que ſe vean, y confirmen, como lo traen las ordenancas neceſſarias para el vſo de los oficios: y aſſi ſe limita nueſtra ſentencia comun, y communmente practicada en el caſo de la dicha ley quarta, que es eſpecial,* per ſupradicta. *Y en todos los ſemejantes que tuuieren la miſma razon, como lo declaramos en los dos primeros lugares donde tratamos en los eſta miſma queſtion.*

Tertio, & peremtorie: *Porque por ſer caſo diferente el de la dicha ley quarta, y eſpecial de la nueſtra ley octaua, que es general, y pone regla en el caſo de la ley quarta, ella declaro, y eſpecialmente proueyo, que en el entretanto vſaſſen de ellas: y pues nueſtra ley octaua no dize lo miſmo, y habla generalmente, bien ſe infiere, que ſolo en el caſo de la dicha ley quarta, ſe ha de guardar aquello por caſo eſpecial, y limitacion, y no regularmente en los otros, de que generalmente habla la regla de nueſtra ley octaua, pues ella no lo declara: y para que eſto que de ſin duda, baſta la commun practica de eſtos Reynos, que anſi lo tiene interpretado:* & minime ſunt mutanda, quæ certam interpretationem habuerunt. *l. minime ff. de legibus.*

Ad *l. 14. tit. 6. libr. 3. nouæ collect. Regiæ.* ſufficienter re-
5 ſpondimus *d. q. 23. num. 16.* † *l. 54. tit. 5. libr. 2. eiuſdem nouæ collect. Reg.* non agit de hac materia confirmationis, ſed de inhibitione concedenda, vel non in gradu appellationis circa obſeruantiam ſtatutorum populorum, non tamen ideo lex decidit, quod confirmatione Regia, vel vſu non egeant: Nam cum de vno quæritur, cetera præſupponuntur habilia: *text. in capit. eam te, de ætat. & qual.* Ergo cum lex illa agit de obſeruatione, & exſecutione prædict. ſtatutorum, præſupponendum eſt vel ipſa fuiſſe confirmata, vel vſu probata, quod ſufficit, vt reſoluimus *in prædict. locis cum Menchac. & eodem Azeued. in d. l. 14. num. 10. circa fin.* Itaque *in dict. l. 54.* non dubitatur de hoc, ſed tantum agitur principaliter, quando, & quomodo ſit concedenda in illis cauſſis inhibitio a ſuperioribus: Quinimo per l. 55. ſtatim ſequentem indiſtincte prohibetur: *Que de aqui adelante en ningun pleyto de que ſe apelare para la Audiencia Real, ſe de inhibicion, &c.*

Denique dicta l. 54. loquitur in rebus parui præiudicij, vt patet ex fine legis. ibi: *Ca quando las coſas de eſta qualidad ſon de poco perjuyzio, ſiempre ſe deue mucho mirar lo que parciere que conuiene al bien comun.* Vnde in ſpecie noſtræ quæſtionis recurrendum eſt ſemper ad hanc noſtram legem 8. ipſaque erit in ea obſeruanda, præcipue cum communis praxis ita eam interpretata ſit. Remanet igitur ſufficienter reſponſum facili negotio dictis ll. Regiis, nec Auiles vbi ſupra *ex d. l. 54.* mutauit ſententiam ſuam, ſed tantum dicit, prædictam praxim communem eſſe contra eam, hoc autem non eſt ita, vt videmus.

Tandem noſtram præfatam ſententiam, quam hic defendimus per dictam leg. 8. probat nouiſſime Caſtillo Bobadilla, *en ſu Politica de Corregidores, lib. 3. capit. 8. numer. 156. Adonde citandonos dize, que ſe requiere ſobre todo la Real confirmacion, y que de otra ſuerte, auiendo contradicion, non ſe vſa de las ordenancas non confirmadas, y ſe mandan traer originalmente al Concejo, y que aſſi es ſuperflua la limitacion que ponen algunos que alli refiere, que en los pueblos donde reſide el Rey no valen las ordenancas ſin ſu confirmacion, porque regularmente es lo miſmo donde quiera: y que el auer de confirmarſe las dichas ordenancas neceſſariamente para poderſe executar, no ſe en lo tocante a los mantenimientos, y otras coſas ſemejantes de buena gouernacion, que ſe alteran con el tiempo. Y en el numero ciento y ſeſenta y ſiete dize: que las ordenancas de las aldeas ſe han de confirmar por el Ayuntamiento de la ciudad, o villa a quien eſtan ſubjetas, ſi conuiniere auer en las tales aldeas otras ordenancas diferentes de las de la ciudad: y ſi la ciudad, y comun de la tierra conſintiere, que las aya.*

*Pero indiſtintamente, ſin hazer mencion de contradicion, tiene, y ſigue la dicha nueſtra opinion, alegando a otros infinitos Auctores, que ſiguen lo miſmo, diziendo, que eſto ſe practica, el miſmo Bobadilla, libro ſegundo, capitulo diez y ſeys, numero ciento y veynte y nueue: Y que ſi ſe executan las ordenancas no confirmadas ſe reuocan las ſentencias, y ſe dan prouiſiones ordinarias en el Conſejo, para que no ſe vſe de ellas, y ſe embien originalmente. Y*
*en el numero ciento y treynta; † lo limita en las ordenancas,* 6
*que ſon guardadas de tiempo antiguo, como lo ſon en muchas ciudades, que las tienen eſcritas en los libros que llaman del Bezerro, las mas de ellas ſimples, y ſin auctoridad alguna: porque eſtas ya tienen fuerca de ley, mediante la antigua obſeruancia, y coſtumbre, y ſe mandan guardar en vnos, y otros Tribunales: y que eſto quiſo ſentir la ley catorze, titulo ſexto, libro tercero, Recopilacio. en que ſe manda a los Corregidores, que vean, y guarden las buenas ordenancas: y aun la ley ſegunda de Toro,* hodie l. 3. titul. 1. libro 2. Recopilation. *que permite ſe guarden los fueros municipales de los pueblos, en lo que fueren vſados, y nos alega para eſta opinion, y a otros Eſpannoles, que la tenemos, y ſeguimos, y es verdadera, y ſe practica anſi*
*cada dia: † Y lo miſmo en los eſtatutos de las Yglesias Ca-* 7
*thedrales de eſtos Reynos, que por luengo tiempo eſtan vſados, y guardados, aunque no eſten confirmados. † Y en* 8
*el numero 131. alegandonos, y ſiguiendonos, y a otros muchos Authores, dize, que en lo que es ordenancas de buena gouernacion ſobre las vituallas, guardo, y repartimientos de aguas, y ſobre taſſar los jornales, y otras coſas que ſe alteran, y mudan cada anno, bien pueden los pueblos, y los Corregidores, y los ſennores de vaſallos, hazer acuerdo, y pregones que llaman de buena gouernacion, ſin que ſea neceſſario confirmarſe por el Conſejo, y aun poner penas a los tranſgreſſores de ellos, y que aſſi lo ha viſto practicar en las ciudades donde ha ſido Corregidor, y que de coſtumbre lo proueen los Corregidores ſolos, ſin conſulta de los Conſejos.*